Harvard College Library

FROM THE BEQUEST OF

JAMES WALKER, D.D., LL.D.,

(Class of 1814)

FORMER PRESIDENT OF HARVARD COLLEGE;

"Preference being given to works in the Intellectual and Moral Sciences."



Educ 5140.9

Harvard College Library

FROM THE BEQUEST OF

JAMES WALKER, D.D., LL.D.,

(Class of 1814)

FORMER PRESIDENT OF HARVARD COLLEGE;

"Preference being given to works in the Intellectual and Moral Sciences."

DOCUMENTS

RELATIFS A

L'HISTOIRE DE L'UNIVERSITÉ DE LOUVAIN

—

DOCUMENTS

RELATIFS A

L'HISTOIRE DE L'UNIVERSITÉ DE LOUVAIN
(1425-1797)

PAR

le chanoine E. REUSENS

PROFESSEUR A L'UNIVERSITÉ CATHOLIQUE DE LOUVAIN

TOME III

COLLÈGES ET PÉDAGOGIES

I

LOUVAIN
SE TROUVE CHEZ L'AUTEUR.

1881-1885

Educ 5140.9

HARVARD COLLEGE
AUG 15 1905
LIBRARY.

Walker Fund

Louvain. — Typographie de Ch. Peeters.

Documents relatifs a l'histoire de l'Université de Louvain (1425-1797), publiés par E. Reusens.

L'histoire de l'ancienne Université de Louvain est encore à faire; et cependant cette institution fut, pendant près de quatre siècles, le centre du mouvement scientifique et littéraire en Belgique.

Les ouvrages de Valère André (1), Vernulée (2), Molanus (3), les cinq *Mémoires sur les deux premiers siècles de l'Université de Louvain* (4), la collection de l'*Annuaire de l'Université catholique* (5), le *Mémoire sur le collège des Trois-Langues* du professeur F. Nève (6), quelques mémoires et discours académiques de Mgr de Ram édités avec des appendices très étendus (7) et les documents que nous avons nous-même publiés dans les *Analectes pour servir à l'histoire ecclésiastique de*

(1) *Fasti academici studii generalis Lovaniensis.* Lovanii 1635 (1re éd.) et 1650 (2e éd.), in-4o.

(2) *Academia Lovaniensis, ejus origo* etc. Lovanii 1667, in-4o.

(3) *Historiae Lovaniensium libri XIV, ed. de Ram.* Bruxellis 1861, 2 vol. in-4o.

(4) *Nouveaux mémoires de l'Académie royale des sciences, lettres et beaux-arts*, tomes V, VII et X.

(5) *Annuaire de l'Université catholique de Louvain*, années 1837 et suivantes.

(6) Bruxelles 1856, in-4o.

(7) *Mémoires sur la part que le clergé de Belgique et spécialement les docteurs de l'Université de Louvain ont prise au Concile de Trente.* Brux. 1841, in-4o. — 2o *Disquisitio de dogmatica declaratione a theologis Lovaniensibus edita.* Brux. 1841, in-4o. — 3o *De iis quae contra Lutherum Lovanienses theologi egerunt anno MDXIX.* Brux. 1843, in-4o. — 4o *De laudibus quibus veteres Lovaniensium theologi efferri possunt.* Lovanii 1847, in-8o. — 5o *Considérations sur l'histoire de l'Université de Louvain* (1425-1797). Bruxelles 1854, in-8o.

la Belgique (1) constituent, pour ainsi dire, les seules sources imprimées de quelque importance auxquelles pourrait puiser celui qui voudrait écrire l'histoire de l'Université.

Depuis longtemps nous recherchons activement les documents encore manuscrits, et nous en avons trouvé un assez grand nombre. C'est cette collection, fruit de vingt-sept années de patientes recherches, que nous comptons publier successivement dans les *Analectes*. Elle est loin de former une histoire complète; ce sont de simples notes, des indications sommaires, des extraits, souvent même des renvois, qui pourront être utilisés un jour pour la rédaction des annales de l'*Alma Mater*.

Les sources manuscrites les plus importantes auxquelles nous avons puisé sont les travaux de Paquot et de Bax. Paquot, qui vivait pendant la dernière moitié du XVIIIe siècle, a revu et essayé de compléter les *Fasti academici* de Valère André. Ce travail, bien que présentant de nombreuses lacunes, est des plus remarquables; il se distingue par une grande exactitude historique. Bax a écrit au commencement de notre siècle après la suppression de l'Université; il a aussi suivi les *Fasti* de Valère André et s'en est presque toujours approprié le texte sans le soumettre au moindre examen critique; le plus souvent, il s'est contenté de découper les pages du volume imprimé en 1650, et de les placer dans sa compilation. Celle-ci a toutefois l'avantage d'être complète et d'embrasser l'histoire de l'Université depuis sa fondation jusqu'au

(1) Tomes I et suivants. Voyez la table générale publiée à la fin du tome XVI, au mot *Louvain*.

moment de sa suppression; mais elle laisse beaucoup à désirer parce qu'elle manque absolument de critique.

Les documents relatifs à l'histoire de l'ancienne Université de Louvain peuvent être partagées en trois classes, selon qu'ils concernent l'organisation et l'histoire : *a*) de l'Université en général ; *b*) des quatre facultés, savoir de la théologie, du droit, de la médecine et des arts ; *c*) des collèges ou internats, dans lesquels beaucoup d'étudiants étaient logés et nourris gratuitement au moyen des revenus de nombreuses fondations.

Nous commençons dès aujoud'hui la publication des documents de la troisième classe. Plusieurs des collèges de l'ancienne Université n'ont pas encore leur histoire imprimée. Les seules notices publiées sur quelques-uns de ces collèges se trouvent dans l'*Annuaire de l'Université catholique* (1) ou dans des recueils spéciaux (2).

Lorsque ces notices sont complètes et que, par conséquent, aucun renseignement nouveau n'est fourni

(1) Les collèges suivants ont une notice dans l'*Annuaire :* 1° d'Adrien VI, dit du Pape (1879); 2° d'Aulne (1863); 3° de Bois-le-Duc on de Saint-Willibrord (1875); 4° de Bruegel (1867); 5° des Croisiers (1870); 6° de Gand ou Vaulxiannm (1870); 7° de la Haute-Colline dit aussi d'Utrecht (1875); 8° de Hollande on de Sainte-Pulchérie (1875); 9° de Houterlé (1842); 10° de Mons (1862); 11° des grand et petit collèges dn Saint-Esprit on des théologiens (1839); 12° dn Roi (1880).

(2) On trouve dans les *Analectes pour servir à l'histoire ecclésiastique de la Belgique*, III, pp. 308 et svv., une *Notice sur le collège Liégeois*. On doit à M. Félix Nève le *Mémoire sur le collège des Trois-Langues ou de Busleiden*, imprimé dans le tome XXVIII des *Mémoires couronnés de l'académie royale des sciences de Belgique*, in-4°. Enfin nons avons publié nous-même nne *Notice sur le nouveau collège ou collège de la très sainte Trinité*. Gand 1874, in-16°.

par les travaux de Paquot et de Bax, nous nous dispenserons de publier ceux-ci ; et, dans ce cas, nous renverrons tout simplement le lecteur à ces notices ou bien nous les reproduirons en entier, afin de faciliter les recherches.

Pour les notices sur les collèges nous suivrons, à l'exemple de Valère André, Paquot et Bax, l'ordre chronologique de leur fondation.

1. Grand et petit collèges des théologiens, dits du Saint-Esprit.

Une *Notice sur le grand et le petit collège des théologiens, dits du Saint-Esprit*, a été publiée dans l'*Annuaire de l'Université catholique de Louvain*, 1839. Cette notice, assez complète, a été composée par Mgr de Ram, au moyen des notes manuscrites de Bax, que nous publions ci-dessous. Bax avait été le dernier économe, *procurator*, du grand collège du Saint-Esprit (1); en cette qualité, il avait pu consulter les archives de cet établissement, et c'est sans doute pour cette raison que ses notes sur ce collège sont plus complètes que celles qu'il fournit sur les autres établissements académiques. Aussi, avons-nous jugé utile de les publier en entier.

Paquot n'a que quelques lignes sur les deux collèges du Saint-Esprit; nous les transcrivons en indiquant que nous les lui empruntons. Toutes les autres notes sont de Bax.

(1) Jean-Lambert Bax naquit à Berlaer, près de Lierre, le 17 septembre 1753. Il étudia la philosophie et la théologie à l'Université de Louvain et y prit le grade de bachelier formel en cette dernière science. Il remplit ensuite les fonctions importantes d'économe, *procurator*, du grand collège du Saint-Esprit jusqu'à la suppression de l'Université en 1797. Lorsque le concordat eut rendu la liberté à l'Église catholique, il se retira auprès de son frère Joseph-François, qui était curé à Wommelghem lez Anvers, depuis le mois de janvier 1795. C'est dans cette retraite qu'il travailla à rassembler une collection volumineuse de documents concernant l'Université de Louvain et l'histoire ecclésiastique de la Belgique. Il mourut à Wommelghem le 15 juillet 1834, quelques mois seulement après son frère († le 31 octobre 1833). Les manuscrits de Bax furent remis par la famille du défunt à Mgr de Ram, qui les utilisa pour plusieurs de ses publications. Après la mort de Mgr de Ram, ils ont été acquis par la bibliothèque royale de Bruxelles.

1. Collegium theologorum majus et minus.

A. *Majus.*

Collegium theologorum, omnium primum, principia sua debet Ludovico De Rycke seu Ryke, equiti, (ad preces hujus et aliorum instituta est anno 1433, 7 januarii, in ecclesia divi Petri Lovanii confraternitas SS. Sacramenti; Staes, *Wekelyksch nieuws uyt Loven*, XXI, 1783, p. 455) filio Ludovici et Idae de Berthem, facto anno 1421 ex senatore Lovaniensi quaestore et consiliario ducis Brabantiae, ejusque conjugi Judocae de Puteo (Van den Putte), filiae Joannis, filii Walteri. Qui anno 1441 domum suam, quae antea fuerat braxatorium Henrici De Conync, situatam in cono *plateae Praepositi* et *Hevelstratae*, nunc vulgariter dictae *den Collegienberg*, cum omnibus et singulis suis pertinentibus et attinentibus, certosque reditus et census dederunt in usum scholarium facultatis sacrae theologiae. In quae bona, die 5 junii 1445, « impositi sunt et investiti magistri Hemericus de Campo et Johannes Varenacker, plebanus ecclesiae sancti Petri Lovaniensis, professores sacrae theologiae studii generalis Lovaniensis, nomine et ad opus fundationis scolastici collegii, quod Ludovicus Ryke et domicella Judoca, ejus conthoralis, praedicti, pro salute animarum suarum in honore septem donorum sancti Spiritus, ad commodum scholarium in facultate sacrae theologiae Universitatis Lovaniensis studentium, modo debito ordinaverunt, et in earum domo praedicta pro futuris perpetuis temporibus esse voluerunt, secundum formam et tenorem literae consensus reverendi in Christo patris et domini Johannis, Dei et Apostolicae Sedis gratia episcopi Leodiensis, super dicta fundatione confectis (1), per monitionem et licentiam dicti villici Lovaniensis et sententiam scabinorum Lovaniensium praefatos bona et redditus titulo emptionis obtinentes, jure dominorum fundi in praemissis semper salvo. »

(1) Lisez *confectae*.

Supradictae domui et curti praefati conjuges die 11 decembris 1447 alias adjunxerunt, eas nimirum, quas tunc temporis inhabitabant mansiones, videlicet « domum seu mansionem totalem cum curte, stabulo et commodo putei... nec non cum vinea retrostante, cum commodo viae et exitus portae versus plateam dictam *den Bogaert*, ac omnibus aliis ac singulis suis pertinentiis, sitam in *Praepositi strata*. Impositi sunt jure haereditario in dictis bonis domini et magistri Emericus de Campo, Andreas de Capella et Johannes Varenacker, artium magistri et sacrae theologiae professores, tanquam pro nunc rectores facultatis sacrae theologiae Universitatis studii Lovaniensis, ad usum et utilitatem collegii sancti Spiritus per Ludovicum Rycke et domicellam Judocam, ejus uxorem, pro nunc fundati in praedicta domo, nuper nuncupata *Holland*, pro septem pauperibus in eadem facultate sacrae theologiae studentibus, quorum semper duo erunt presbyteri; qui propter celebrationem missarum in dicto collegio per ipsos celebrandarum habebunt de bonis, reditibus ac emolumentis ipsius collegii duplicem praebendam respectu ceterorum pauperum studentium. »

In hac cessione reservant fundatores sibi usumfructum, quamdiu ipsi vel alter eorum superstes vixerit, sub onere reparationis et solutionis censuum et onerum ex iisdem bonis debitorum et exeuntium, etc.

Deinde dicti conjuges, condentes suum testamentum 10 novembris 1452, coram Rasone van den Heede, clerico, etc., praedictas donationes confirmarunt ac alia quaedam bona sub Winxele, Herent et Velthem sita relinquunt « in augmentum seu juvamen dotationis septem pauperum in praedicta facultate theologica studentium, juxta tenorem fundationis hujusmodi praetactae. »

His ita dispositis, Ludovicus ejusque uxor Judoca obierunt, ille inter 20 julii 1456 et 10 januarii 1458, illa sexta julii ante 1478, sed post maritum. Sepulti sunt ambo apud Minores Lovanii in capella sua, fundata missa quotidiana et anniversario; integramque mansionem in *Praepositi strata*, in cono vici dicti *Hevelstraete*, cujus partem adhuc, dum in vivis essent, occuparant, collegio seu fundationi cesserunt.

Itaque fundatores reliquerunt collegio theologorum praeterpropter fundum, quem nunc occupat collegium theologorum majus.

Domicella Catharina Pinnocx, vidua domini Liberti de Meldert, domini de Budinghen et de Vroedelinghen atque advocati de Raedtshoven, testamento suo passato coram notario Joanne de Mera (dies et annus ignorantur) reliquit domum suam sitam in cono *plateae Praepositi* et *Cappellenberg*, alias dictae *de Legherstraete*, pro habitatione praesidis collegii theologorum, quam ad 11 martii 1513, stylo novo, praedicta domicella Catharina Pinnocx inhabitavit, et in quam diem incidit ejusdem obitus.

Voluit insuper et ordinavit eadem Catharina Pinnocx primum praesidem institui magistrum Lucam de Conitio, S. T. doctorem, postquam dictum collegium theologorum eousque administratum et gubernatum fuisset per sacram facultatem theologicam ejusque deputatos.

In Carthusia Lovaniensi ad nostra usque tempora, dum conventus hic devastatus fuit, extabat sequens inscriptio supra cellam quamdam : HANC CELLAM CUM AMBITU SUO COMPLETAM FUNDAVIT, DONAVIT ET DOTAVIT GENEROSA QUONDAM DOMICELLA KATHARINA PYNNOCX, RELICTA DOMICELLI LIBERTI, DOMINI TEMPORALIS DE MELDERT, DUM VIXIT. QUAE OBIIT ANNO DOMINI M.V^{c}.XII, MENSIS MARTII DIE XI. CUJUS ANIMA REQUIESCAT IN PACE. Haec stylo veteri intelligenda, adeoque obiit stylo novo 11 martii 1513 (1).

Inter domum Catharinae Pinnocx et domum Ludovici de Rycke, (haec sita erat in loco circiter, ubi nunc aedificium refectorii majoris collegii) olim erant duae domus, quarum una vocabatur *het blauw Schaep*, contigua collegio majori, et altera dicta *den oude Uyle*, contigua domui quondam Catharinae Pinnocx; hasque deinde sacra facultas emptione acquisivit et collegiis theologicis suae facultatis incorporavit.

(1) Catherine Pynnock fonda la cellule qui portait la lettre F. Voyez *Analectes*, XIV, pp. 274 et sv.

Ex bonis vero et redditibus a Ludovico de Rycke ejusque conjuge Judoca relictis, et qui ad 80 florenos aestimabantur, septem alebantur pauperes scholares, eorumque cuilibet 10 floreni obveniebant. Cum vero minor haec dos foret, quam quae, aucta annonae caritate, tot alendis sufficeret, septenarius bursarum numerus magnifici domini rectoris auctoritate ad ternarium dein redactus est numerum. Quarum bursarum collatio ac dispositio est penes facultatem sacrae theologiae.

Verum munifici hi conjuges, tametsi aedificia in locum collegii cessa, quamdiu vixerunt, sarta tecta servarint, nulla tamen reliquerunt subsidia, quibus suae domus posthac restaurari vel collapsae instaurari possent. Accessiones, quae postmodum aedificiis Ludovici quondam de Rycke factae fuerunt, non huic primae fundationi, ut in ceteris passim collegiis, sed aliis acceptae ferendae sunt benefactoribus.

Atque ita Cornelius Braen, Venetus, civis et mercator Antverpiensis, collegium auxit anno 1523 aedificio, quod hortum ab area secernit, longitudinis (1) ad aream 75 circiter pedum. In cujus medio versus aream ac e regione portae, quae nunc est, erat turris rotunda cum gradibus, quibus ad hoc aedificium ascendebatur.

Erat in dicto aedificio quondam schola disputationibus sabbatinalibus habendis, quas dein, circa annum 1545, Cornelius Andreae a Stryen fundavit seu dote auxit. His vero disputationibus ad publicum theologorum auditorium in hallis circa annum 1593 translatis, schola haec totumque aedificium Cornelii Braen cessit in aulam collegii et praesidis habitationem, aedificiumque hoc anno 1790 destructum ac a fundamentis reaedificatum est.

In collegio majori ante ultimam revolutionem (seu ante annum 1790) extabat effigies Cornelii Braen cum hac inscriptione : CORNELIO BRAEN, CIVI ET MERCATORI ANTVERPIENSI.

(1) Ejusdem longitudinis ut nunc est aedificium portae, et e regione hujus stetit.

QUI MISSAM KALENDARUM CUJUSLIBET MENSIS FUNDAVIT, ET HANC OLIM SCHOLAM, QUAE POST TRANSLATIONEM DISPUTATIONUM SABBATHINALIUM AD SCHOLAS THEOLOGORUM PUBLICAS, A QUADRAGINTA CIRCITER ANNIS ET MODO EST AULA MAJOR; HOC EXCELLENTI AEDIFICIO, QUOD SECERNIT AREAM AB HORTO, DECORAVIT, BENEVOLENTIAE ET GRATITUDINIS ERGO JUVENTUS MAJORIS COLLEGII SANCTI SPIRITUS PONEBAT IN MAJO ANNO M. D. C. XXXIII.

Petrus Cortrel, archidiaconus et canonicus Tornacensis, qui 28 maji 1543 vivere desiit, aliud aedificium ad *plateam Praepositi* (forte ubi olim domus dicta *Holland*) instauravit, et ad usum suorum bursariorum aptavit, atque ideo communiter aedificium Cortrel vocabatur. Sed et hoc anno 1722 cum aliis quibusdam veteribus aedificiis destructum fuit, et ex earum ruderibus, communitatibus nonnullis ipsaque facultate theologica opem ferentibus, emersit splendidum aedificium, quod boream versus conspicitur, cubiculis scholarium ipsoque sacello instructum. Ædificari illud coeptum est sub Antonio Parmentier, collegii praeside, anno 1722, et sub ejus successore Joanne Francisco Stoupy, qui aedificium aliud, minus quidem sed elegans, cum porticu et collegii porta, cui versus aream impositum hoc chronographon: PRAESIDIo SpIRITUs SANCTI CONSURREXIMUS (1731), construi curavit, completum fuit.

Versus meridiem, seu inter aream collegii majoris et aream collegii minoris, e ruinis domus Ludovici, fundatoris, aedificatum est anno 1614, sub praeside Guilielmo Fabritio, refectorium, cui versus hortum contigua erat culina.

Inter refectorium et *plateam Praepositi* (illud ab hac platea 30 circiter pedibus dissitum erat) visa fuerunt ad annum usque 1764 quaedam vetera aedificia, quae tum sub praeside Joanne Van der Auwera demolita fuere, et inchoatum, quod nunc aedificium refectorii nominatur.

Tum anno 1769, sub eodem praeside Joanne Van der Auwera, in horto, versus septentrionem, exstructum est aedificium longitudinis circiter 100 pedum, a sacello versus occidentem se extendens. Hic antea in fundo erat ovile collegii, eidemque quaedam cubicula ex ligno erant superstructa.

Sub tempora Joannis Sinnigh, praesidis, circa annum 1660, ad horti extremum exstructum est aedificium parvum, quod aspectum ex aedificio gymnasii SS. Trinitatis in hortum collegii majoris impedit.

Anno 1790, restituta Universitate, quae per unum alterùmve annum mutilata seu destructa, sub regimine Josephi II, imperatoris ac Brabantiae ducis, fuerat, a 1 martii destructa fuerunt refectorium, culina, et aedificium e regione portae collegii ad sacellum usque se extendens, eodemque anno reaedificata fuere, prout nunc ea videre est, tectumque eisdem superpositum fuit eodem anno 1790 (1). Tum et eodem anno extructum aedificium inter hortum majoris et minoris collegii, quod est habitatio domini praesidis.

Interim collegium hoc theologorum majus, prout nunc ejus aedificia descripsi, cubicula habet 125 pro bursariis theologiae studiosis. Bursariis vero in alia facultate studentibus, quorum numerus quotannis ad 30 vel 40 ascendit, bursae extra collegium solvuntur a procuratore vel receptore collegii; adeoque ex hujus collegii fundationibus annue 150 vel 160 nutriebantur.

Ceterum, collegii theologorum seu sacrae facultatis theologicae divisio quidem facta est 18 junii 1561, sub praeside Joanne Hessels, Lovaniensi, S. T. doctore et professore; sed tantum perfecta fuit anno 1597, quando utriusque collegii, majoris scilicet et minoris, facta fuit divisio non personarum dumtaxat, sed etiam fundationum, ita ut, sicuti collegio majori obvenerint duae tertiae partes fundi totalis et

(1) Les bâtiments du collège du Saint-Esprit qui s'élèvent vis-à-vis de la porte d'entrée étaient primitivement couronnés d'un dôme octogone surmonté d'une pyramide, où on lisait l'inscription suivante : JOANNES FRANCISCUS VAN DE VELDE | THEOLOGUS LOVANIENSIS | ET | COLLEGII HUJUS ABHINC IX AN. PRAESES | QUOD | REGNANTE JOSEPHO II IMP. | BIS SUA SEDE PULSUS | SED | DEI OPE IN PRISTINUM LOCUM | BIS RESTITUTUS FUERIT | AENEAM HANC PYRAMIDEM | MEMORIAE ET GRATITUDINIS ERGO | SPIRITUI S. CONSOLATORI | AERE SUO ERIGI FECIT | ANNO DOM. MDCCXCII | MENSE AUGUSTO. Cette inscription, gravée sur une plaque de cuivre, est conservée au musée de l'Hôtel de ville, à Louvain.

una tertia minori, ita majori obvenerunt duae tertiae fundationum et proventuum et una tertia pars fundationum et proventuum minori obvenit.

Bessarion cardinalis, patriarcha Constantinopolitanus, magnus in Graecis vir, cum legatus a Sancta Sede anno 1463 ad Philippum Bonum, Brabantiae ducem, in Belgium missus est, in hoc collegio hospitio receptus fuit; eidem in sui memoriam reliquit Biblia manuscripta.

Praesides collegii theologorum ante divisionem.

Praesides collegii a sacra facultate, id est a doctoribus regentibus, qui collegii provisores sunt, constituuntur, nullusque hactenus assumptus fuit, qui non esset sacerdos et S. T. doctor, aut ut minus licentiatus.

I. Primus itaque collegii ante divisionem nominatus a Catharina Pinnocx, quod pro habitatione domum suam reliqnisset, constitutus fuit anno 1513, defuncta Catharina Pinnocx, Lucas Walteri de Conitio, Prussus (1), a° 1512 6 julii S. T. doctor creatus. Obiit 4 septembris 1515. Vide S. T. doctores (2).

II. 1515, *mense septembri*. Martinus Dorpius, a Naeldwyck, eodem hoc anno 1515 S. T. doctor renuntiatus. Rexit ad annum 1519, dum 14 novembris praesidentiam dimisit. Vide S. T. doctores.

III. 1519, 21 *novembris*. Ruardus Tapperus, ab Enchusia, eodem hoc anno 1519 S. T. doctor creatus. Praesidentiam dein dimisit; quo vero anno nescitur. Obiit Bruxellis, 2 martii 1559 stylo Leodiensi, stylo vero Cameracensi 2 martii 1558, aetatis 71. Vide S. T. doctores.

(1) Luc Walteri était originaire de Konitz, ville de la Poméranie (Prusse).

(2) Nous publierons plus tard les séries des promotions doctorales en théologie, en droit et en médecine. C'est à la série des docteurs en théologie que nous renvoyons ici.

IV. 15.. Joannes Doye, ex Ouvaing (1), agri Valencenensis, S. T. doctor renuntiatus 14 junii 1530, post Ruardum Tapperum dimittentem hujus collegii praeses constituitur, praefuitque ad annum 1538. Obiit 24 aprilis 1549. Vide S. T. doctores.

V. 1538. Joannes Leonardi Van der Eycken, Hasselensis, alias *Joannes Hasselius* dictus; factus praeses anno 1538, dimittente Joanne Doye; tunc S. T. licentiatus, ac dein anno 1539, 23 septembris, S. T. doctor renuntiatus. Obiit Tridenti 5 januarii 1552. Anno 1550 praesidentiam dimiserat. Anno 1551, 14 augusti, habitabat *op de Backelyn*. Vide S. T. doctores.

VI. 1550, verosimiliter 3 *julii*. Michael du Bay, Melinensis, ex agro Athensi, S. T. licentiatus, constitutus fuit praeses post dimissionem Hasselii. Tum 15 julii 1550 S. T. doctor renuntiatus; et 23 octobris ejusdem anni 1550 fit praeses collegii pontificii. Obiit 16 decembris 1589, praesidentiae collegii pontificii 39°, aetatis 77°. Vide S. T. doctores.

De Bajo in *Actis facultatis theologiae* ita legitur : « 1550, » 3 junii, admissus est etiam Michaël de Ath ad concilium » facultatis theologiae,..... qui etiam prius fuerat institutus » praesidens collegii theologorum. »

VII. 1550. Lambertus Priem, Sylvaeducensis, S. T. licentiatus, factus hujus collegii praeses anno 1550. Obiit 20 augusti 1556. Alibi in fastis non legitur.

Anno 1552, 13 februarii, stylo Leodiensi, scripsit manu propria suum testamentum, per quod duobus aut tribus pauperioribus bursalibus hujus collegii relinquit unam tertiam partem suae haereditatis distribuendam quotannis per dominum praesidem et seniorem magistrum saecularum facultatis, ascendentem ad reditum 21 Rhenensium et 10 stuferorum annuatim.

VIII. 1556. Martinus Balduini, cognomento *Valck*, Rythovius, vulgo *Martinus Rythovius* a loco natali Rythoven dictus, anno 1556, 19 maji, S. T. doctor renuntiatus, constitutus fuit

(1) Il s'agit sans doute ici du village d'Onnaing, près de Valenciennes.

eodem hoc anno 1556, mense augusti, post Lambertum Priem hujus collegii praeses, quod ad annum 1559 rexit. Dein primus Iprensium episcopus. Obiit Audomaropoli 9 octobris 1583. Vide S. T. doctores.

Iis temporibus praesides hujus collegii gaudebant bursa in collegio; huncque ut bursarium pro mensae suae solutione communitati facienda adscriptum inveni inter bursarios fundationis Conrardi de Sarto, ad 8 augusti (puto legendum 28 augusti) 1556, dum factus est praeses.

IX. 1559, 7 *martii*. Joannes Hessels, Lovaniensis, anno 1556, 19 maji, una cum Rythovio S. T. doctor creatus, factus hujus collegii praeses 7 martii 1559.

Sub hoc praeside collegium divisum est anno 1561 in majus et minus, transiitque ipse praeses ad collegium minus. Obiit Lovanii minoris collegii praeses 7 novembris 1566, aetatis 44 annorum. Vide S. T. doctores.

Anno 1559, 30 aprilis, addixit facultas theologiae Joanni Hessels pro molestiis suae praesidentiae ultra bursam de Sarto 24 Rhenenses ex proventibus de Schyndel.

Praesides collegii theologorum, vulgo majoris, post divisionem.

X. 1561, 21 *junii*. Joannes Sixius, seu *Six*, alibi *Sixtus*, Insulensis, factus 12 januarii 1555 vel 1556 collegii hujus theologorum alumnus et bursarius; dein S. T. licentiatus et in paedagogio Lilii philosophiae professor minus principalis physicorum anno 1555 docens, 14 februarii 1561 ex hoc collegio theologorum migravit pastor sancti Stephani in patria, eodemque hoc anno 1561, 21 junii, collegii hujus primus post divisionem praeses constitutus fuit. Anno 1562 fit canonicus graduatus, tum poenitentiarius, archidiaconus et vicarius generalis Audomarensis, ac demum anno 1581 consecratus secundus Audomarensium episcopus, Hic, cum ad synodum Montensem pergeret, acri febre correptus Insulis vita defunctus est 11 octobris 1586. Ejus corpus sepultum

Insulis in ecclesia sancti Stephani, ubi quondam pastor fuerat; cor autem translatum Audomaropolim in cathedrali conditum est et hoc epitaphio ornatum : **Johannes | Six episcopus Audo | maripolitanus antea | pastor ecclesiae parochialis | S. Stephani hujus oppidi | patriae suae frequentioribus | cleri et populi orationibus | desiderans esse commendatior | hunc sibi vivus sepulturae | locum elegit, qui dum iter | ageret Montes Hanno ad | concilium epis. prov. apud | hanc ecclesiam obdormivit | aetatis suae a° LIII, episcopatus | VI, salutis humanae** CIↃ. IↃ. | **LXXXVI IV idus VIIIbus | Judicium cogita.** Eximius D. Vande Velde S. T. doctor anno 1782 in loco descripsit epitaphium Joannis Sixii, uti supra : *Devant le chœur*.

Insulis autem in ecclesia collegiata sancti Petri tabulae affixum tale ejus legitur epitaphium : **Revereudiss in Christo patri duo Joanni Six, philosophiae ac theologiae quondam Lovanii cum magna laude professori; deiu in paroch. ecclesia D. Stephani hujus oppidi aliquot annis pastori vigilantiss.; inde ob virtutem et merita ad canonicatum Andomarens. assumpto, postea reverendiss. dni Gerardi ab Hemericourt I episcopi Audomar. vicario generali ac tandem in episcopatu successori; dum hac ad synodum provincialem fidei et religionis ergo proficisceretur febri correpto, ac in hoc oppido, ubi vitae acceperat initium, IV id. oct.** (supra habetur : **V id oct.**) **M. D. LXXXVI, aetatis vero suae LIII vita functo, et e regione chori tumulato, Jacobus Wiliart, ex sorore nepos et hujus eccles. canon., avunculo opt. de se merito moestus pos., et quem vivens nuice coluit, eum moriens voluit in tumulo habere socium.**

Joanni Sixio symbolum erat : JUDICIUM COGITA.

Conscripsit pio zelo, teste Swertio in *Athenis Belgicis* : 1° *Decreta et statuta pro stabilienda dioecesi*, in-4°, Duaci, apud Joannem Bogardum 1585;

2° *Homilias quasdam et epistolas*.

Franciscus Lucas, S. T. licentiatus, Audomarensis, orationem funebrem illi scripsit typis plantinianis 1587.

Ad effigiem Sixii in collegio majori legitur : RMUS D. JOANNES SIXTUS S. T. L. | EPISCOPUS AUDOMARENSIS MAJORIS | COLLEGII POST DIVISIONEM PRIMUS PRAESES. | OBIIT 11 OCTOBRIS 1568 (1).

(1) Ce portrait existe encore aujourd'hui, à Louvain, au Musée des Halles.

XI. 1562 vel 1563. Cornelius Janssenius, Hulstensis, S. T. ab anno 1562 doctor et professor, ad divum Jacobum Lovanii decanus, praeses electus, ad collegium venit 31 januarii 1563. Eodem hoc anno 1563 a Philippo II, Hispaniarum rege, Tridentum ad concilium missus, hujus finem spectavit; nominatus dein primus Gandavensium episcopus, et a Pio IV, pontifice maximo, 6 julii 1565 (non 1568, ut habet Hellin) confirmatus. Post tres annos ab illustrissimo domino Sonnio, tum Sylvaeducensium episcopo, in sacello collegii Sabaudici Lovanii consecratur; eodem anno 1568, 4 septembris, hanc praesidentiam collegii dimisit, ac 8 septembris Gandavi solemniter receptus fuit, ibidemque obiit 1 aprilis 1577, aetatis 66. Vide S. T. doctores.

Paquot : « Cujus anno 1563, mense aprili, ad Tridentinam synodum ablegati vices supplevit Gerardus Meex, Sylvaeducensis, donec praeses electus fuit Cornelius Reyneri. »

XII. 1568. Cornelius Reyneri, Goudanus, S. T. doctor et professor, ex praeside collegii minoris theologorum factus hujus majoris praeses anno 1568 post dimissionem Janssenii, quae est de 4 septembris 1568.

Anno 1572, mense aprili, ante 17^am^ istius mensis, commigravit ad praesidentiam collegii Atrebatensis. Ibidem obiit 16 decembris 1609, aetatis 84°. Vide S. T. doctores.

Paquot : « Praeses die 13 septembris 1568; praefuit usque ad diem 27 aprilis 1572. »

XIII. 1572. Augustinus Hunnaeus, vulgo *Huens*, Mechliniensis, S. T. doctor regens et professor, postquam praesidentiam collegii sanctae Annae anno 1563 vel 1565 dimisisset, habitationem sibi in hoc collegio majori theologorum elegit, ac tandem ejusdem collegii anno 1572, 17 aprilis, vel paucis ante diebus, praeses constitutus fuit, hancque praesidentiam dein anno 1577, 1 februarii vel ante, dimisit, secedens ad domum quandam sitam in platea dicta *het Spierinckxstraetje*, ibidemque, condito testamento die 5 septembris 1578 coram notario J. Wamel, obiit ex morbo contagioso 7 septembris 1578 (non vero 1577, ut habent Paquot et alii). Vide S. T. doctores.

Paquot : « Hunnaeo succedit mense januario 1577 »

XIV. 1577. Laurentius Walteri, Westerhovius a loco natali dictus, S. T. doctor regens et professor, ex praeside collegii sanctae Annae factus majoris collegii praeses die 1 februarii 1577, ibidemque dyssenteria correptus obiit 20 novembris 1578, plurima a militibus perpessus. Vide S. T. doctores.

1578, 21 novembris, sacra facultas theologica sub juramento congregata, etsi exiguo numero propter morbum Cornelii Goudani et absentiam Joannis Lensaei in Francia, rogavit dominum Gravium, ut velit utriusque collegii theologorum velut indivisi curam suscipere, prout unum esse solebat ante multiplicationem bursarum, eo quod ipse duos tantum habeat bursarios, et majus collegium tantum unum, neque, si turbae modo cederentur [sedarentur?], intra biennium utrumque collegium divisim intertineri poterit propter gravissimam jacturam, quae haec collegia potissimum per milites pertulerunt. Dominus autem Gravius, etsi multum abhorreret propter militum barbariem et insolentias aliisque de causis, per moduni tamen probationis ad tempus tandem acceptavit et postmodum absolute. Itaque :

1578, Henricus Gravius, vulgo *De Grave*, Lovaniensis, S. T. doctor et professor ac collegii minoris theologorum praeses, factus est anno 1578 simul etiam collegii hujus majoris praeses. Hinc Romam a Sixto V, pontifice, ut bibliothecae et typographeio vaticano praeesset, evocatus, anno 1590, condito prius Lovanii testamento 31 augusti et 1 septembris, profectus est, atque a Gregorio XIV in pontificiam aulam, defuncto Sixto V antequam Gravius in Urbem pervenisset, exceptus est, ibidemque obiit 2 (non 11ª) aprilis 1591, aetatis 55°. Vide S. T. doctores.

Lubet hic addere extractum ex quadam *Apologia pro Henrico Gravio* inter 1 julii 1588 et 12 augusti 1589 conscripta, in qua status collegiorum et majoris et minoris enarratur. In qua descriptione seu apologia, postquam originem, progressum et divisionem collegii theologorum seu facultatis theologicae factam anno 1561 exhibuisset, prosequitur : « Ea (collegia scilicet majus et minus), succedentibus dein annis, ita

novis semper fundationibus fuere adaucta, ut praeter non exiguam convictorum turbam, quinquaginta in ambobus simul collegiis bursarii satis commode alerentur, donec superveniens infelix bellorum et mortalitatis tempestas, totum hanc multitudinem dissipavit, spemque ac fundamenta utriusque collegii propemodum evertit. Nam, cum anno 1578, 2 februarii, consulis Ruloffs fraudulentis machinationibus Scotus miles subintroductus in civitatem hanc esset, defluxere postridie bursarii et convictores plerique omnes, alii alio profugentes, ut ex octoginta studiosis vix octodecim in universum remanerent. Quo tempore collegii receptor, qui mensibus singulis erogare pecuniam bursariis solebat, negare eam et subtrahere coepit, caussatus, quod mille et amplius florenos collegium ipsi deberet, quos supra recepta exposuisset, nec post eum diem quidquam amplius ad mortem usque per annos septem erogare voluit aut erogavit.

» Unde ad retinendas qualescumque collegii et bursariorum reliquias coactus fuit praesidens Gravius partim de suo, partim de alieno, quod a nonnullis amicis atque ex Divaei mortuaria domo mutuo sumpsit, bursarios alere; cumque non existimaret tam diuturnum hoc fore malum, non minoris tantum, cui praesidebat ipse, sed majoris etiam collegii alumnis, ubi dominus Laurentius Westerhovius praeerat, idem beneficium praestitit in maximi aeris alieni, si forte res male cessissent, evidentissimum sese periculum conjiciens; id, quod tamen per duos cum dimidio et amplius annos facere et continuare perrexit, nullum interim ex universis collegiorum proventibus fructum aut utilitatem recipiens.

» Sed junio mense ejusdem anni 1578, aliud multo majus gravamen et onus accessit, quando, immisso huc maximo Burgundionum, Hispanorum, Germanorum praesidio, utrumque collegium, praesertim minus illud, cui Gravius praeerat, ita gravatum fuit, ut pene oppressum eversumque sit. Siquidem eo tempore duodecim aenearum machinarum praefectos, una cum totidem uxoribus pluribusque liberis, non hospitare tantum, sed alere etiam multo tempore minus collegium coactum fuit, qui universum illic provisionem non absum-

psere modo, sed noctibus etiam et quacumque poterant temporis occasione, grana de solario, carnes, caseos, butyrum, cerevisiam e penu, e lignaria domo fasces et crassiora ligna improbissime suffurabantur, reliquamque supellectilem palam etiam rapiebant; adversus quorum ingenuosas fraudes nulla satis firma et munita fuere claustra. In summa tantis collegium affecere damnis, ut biennii spatio, quibus alii subinde aliis succedentes illic haesere, octingentorum et amplius florenorum damna uni minori collegio intulerint, quemadmodum praesidens Gravius, redditis rationibus ante annos complures, toti sacrae theologiae facultati manifeste commonstravit.

» Quantas vero molestias, concussiones, minas toto hoc tempore subire praesidem ab improbissimo milite necesse illi fuerit tolerare, expertis cogitandum relinquitur, praesertim saeviente etiam peste, qua cum tres quatuorve milites correpti forent, nec culina et penetralibus abstinere vellent, non solum ancillae ac famuli, sed ipse quoque praesidens in summae vitae periculum venit, maxime cum nonnulli etiam bursarii eadem cum praeside mensa utentes, morbo hoc subito correpti, post unum alterumve diem exspirarint.

» Jam ad majus collegium quod attinet, quamquam non tam numeroso milite gravatum id fuit, unicum habens cum sua familia decurionem, vulgo *chargiant doré* appellatum, plus tamen damnorum et malorum perpessum est occasione captivorum quorumdam rusticorum, qui per noctem e collegii penario, ubi clausi tenebantur, evadentes, bursariorum ac praesidis opera putati sunt fuisse adjuti et liberati, cum illi, ac praesertim praesidens, ex dyssenteria decumbens, omnium plane forent ignari. Quare bursarii primum omnes militari licentia ac ferocia strictis gladiis pulsi et ejecti fuere, cubicula eorum omnia universa supellectile et praecipuis etiam quibusque sublatis libris vacuata, direptis e granariis omni frumento ac reliqua tota domestica provisione; praesidi vero, licet gravissime aegrotanti, tanta irrigata molestia, pressura et persecutio, ut non aliud quam oppressus ab eis et evectus fuerit; cujus etiam vix emortui effracta

scrinia et arcae omnes, ablatis inde ac e toto cubiculo quaecumque collubuit.

» Quo rerum statu cum nemo esset. qui collegii ejus (nimirum majoris) curam et praefecturam suscipere vellet aut etiam auderet, Gravius. tandem, alterius collegii (nimirum minoris) praesidens, multis collegarum suorum precibus fatigatus induci se passus est, ut ejus quoque sollicitudinem praesidentiamque susciperet. Quo munere totum propemodum annum perfunctus, cum se tantis sumptibus et expensis molestiisque imparem sentiret, coactus tandem est utrumque collegium regio seminario, de quo alicubi collocando opportune tum temporis agebatur, concedere ac elocare, ut hac occasione militari sumptu liberare collegium posset. Quare in angustum se cum suis contrahens, totis prope sex annis in extremo minoris collegii velut angulo latuit, non paucis adhuc frequenter militaribus contributionibus aliisque molestiis praeter spem ac promissum obnoxius.

» Tandem vero anno Domini 1586, festo natalis beati Joannis, recuperatis (alio commigrante seminario regio) utriusque collegii aedificiis ac subsecutis vicinarum civitatum deditionibus, ut primum recipi aliquid a creditoribus potuit, Gravius, praesidens, receptoris ante biennium mortui officio functus, tanta sollicitudine, diligentia, instantia in hoc incubuit, ut restauratis, quae fracta per milites et tractu temporis collapsa fuerant, et dissoluto aere omni alieno, ad duo et amplius millia florenorum, quo et creditoribus et receptoris Craesbekii mortuariae domui obligatum collegium erat, anno 1587, mense martio, sex primum bursarios in collegium suum recepit. Quem dein numerum pro recuperatorum reddituum et solutionum incremento, magis magisque quotidie augens, eo hoc jam tempore perduxit, ut duodecim plane bursarios jam habeat, assignatis cuique propter rerum omnium caritatem annuis quinquaginta florenis, totus in hoc intentus, ut, quatenus fieri potest, collegium in integrum restituat atque restauret, non sibi parcens in tot scribendis quaquaversum ad singulos creditores litteris, nec detrectato etiam, sicubi res postulet, profectionis labore et periculo.

» Sed cum proventus collegii omnes non ex fundis et agris, sed ex pecuniariis redditibus, realibus et personalibus, colligantur, valdeque exiguum sit, quod post regium edictum recipi possit respectu eorum, quae hoc tempore partim deplorata, partim sine summis molestiis et sumptibus recuperari vix poterunt, nemo mirabitur, si ad pristinum bursariorum numerum perveniri non possit.

Atque, ut hoc melius intelligatur, breviter indicare visum est, quanta sit, non quidem ex decursis annis praeteritis, sed annua, quae debetur summa, de qua collegium periclitari videatur, ut non tam praesidi voluntas et diligentia quam facultas deesse intelligatur.

» Et primum quidem Status Brabantiae in parte potissimum Lovaniensi, debent collegio theologorum in variis particularibus redditibus annis singulis summam circiter 868 fl.

Antverpiensis civitas plus minus . . .	250 fl. 1/2 st.
Lovaniensis civitas	126 fl. 19 1/2 st.
Dominia regis in partibus Lovaniensibus .	82 fl.
Hollandiae civitates Dordracum ac Delphi .	113 fl.
Hannoniae Status	161 fl.
Tornacum	76 fl.
Brugae	78 fl.
Gandavum	18 fl.
Trajectum ad Mosam	34 fl.
Prioratus de Bierbeeck	39 fl. 15 st.
Buscoducis quaedam domus	21 fl. 10 st.
Dominus de Boxtel	26 fl. 13 st.
Franc. Baillet, dominus de Lintere . . .	17 fl.
Haeredes domini de Qoor	50 fl.
Dominus de Grevenbroeck	25 fl.
Lovanii variae domus partim dirutae, partim evisceratae et adhuc inhabitatae, annue plus quam	80 fl.
Denique cum Lovanii, tum in vicinis pagis, varii redditus personales et reales, qui percipi necdum ab annis jam pluribus non potuerunt, facile usque ad summam .	200 fl.

» Summa omnium redituum : 2265 floreni 18 stuferi, qui plerique ab annis 10 aut 12 sunt insoluti.

Sequuntur dein nomina 12 bursariorum studiosorum, praeter praesidem Gravium, quae omittimus, *ut scribit Bax.*

» Quae cum ita se habeant, declarat antedictus praesidens Gravius admodum se moleste et graviter ferre, post tot tantosque labores, impensas fortunas suas, addita vitae pericula, in dubium adhuc vocari fidem suam, et non solum malae administrationis, sed injustitiae etiam coram obscurae in illa criminationis generalitate, a male feriatis quibusdam ingeniis, quae nec teruncium pro universitatis unquam conservatione impenderunt, accusari, et apud regiam quoque Majestatem ejusque consiliarios tam inique et falso traduci, cum superiora omnia tam nota et manifesta sint, ut, qui in publicis Universitatis negotiis versati aliquando fuerint, ignorare haec nullo modo possint.

» Rogat itaque omnes, quos hujus rei cura sollicitat, ut sinistram hanc de se cogitationem suspicionemque deponant, et sciant [sinant ?] praesides bene hactenus de collegiis totaque Universitate meritos officio suo, ut coepere, absque molestia fungi ; quin potius turbulenta haec delatorum compescant ingenia, qui, cum per se ipsi boni agant nihil, non aliud quam viros bonos vexare et molestiam eis creare velle videantur (1). »

XVI. Anno 1590 discedente vel 1591 defuncto Henrico Gravio, Joannes Clarius, Tungrensis, S. T. doctor regens et professor, ex praeside collegii sanctae Annae factus hujus collegii majoris theologorum praeses. Hinc anno 1603, post 9am augusti, transiit ad praesidentiam collegii seu seminarii Leodiensis, quod eo anno erigi coepit Lovanii sub auspiciis

(1) Voyez la *Notice sur la situation financière et administrative des établissements académiques de Louvain en* 1589, que nous avons publiée dans le tome I des *Analectes pour servir à l'histoire ecclésiastique de la Belgique*. Le passage (pp. 146-153) qui concerne le collège du Saint-Esprit confirme en tout point le récit de l'*Apologia* de Gravius que nous donnons ici.

serenissimi Ernesti principis, sacri Romani imperii electoris et archiepiscopi Coloniensis, ducis Bavariae, necnon Leodiensis episcopi. Obiit Clarius, primus collegii Leodiensis praeses, 22 augusti 1611, aetatis 63, relicta bursarum fundatione in hoc majori theologorum collegio. Vide S. T. doctores.

XVII. Anno 1605, seu potius initio 1606, discedente Clario, factus est praeses majoris collegii Jacobus Bosius, vulgo Boes, alias *à Castro*, Amstelodamensis, S. T. doctor et professor. Anno 1611, 10 aprilis, consecratus est Mechliniae in divi Rumoldi Ruraemundensium episcopus. Tum 9 maji 1611, Lovanii existens, erigit in sacello majoris collegii quasi capitulum, quod beatae Mariae Virginis in Alba Longa appellari placuit, eidemque certos redditus donatione inter vivos assignavit; huic quasi-capitulo initium dedit, 6 decembris 1567, dominus Theodoricus Planen ab Asperen, tum collegii hujus alumnus, et sacrae Romanae Ecclesiae diaconus, et S. T. baccalaureus formatus, assignando aliquos redditus pro distributione in divino officio aliquibus festis facienda (1). Quibus peractis, episcopus a Castro Lovanio profectus est Ruraemundam, ibidemque 19 maji 1611 episcopaliter receptus est, et obiit 24 februarii 1639, aetatis 79 annorum, sacerdotii 54, episcopatus 29, relicta fundatione bursarum in hoc collegio majori theologorum ultra supramemoratam donationem. Rationes seu computus Jacobi a Castro, uti praesidis majoris collegii, sunt à 15 januarii 1606 ad 24 aprilis 1611. Vide S. T. doctores.

XVIII. In junio inchoavit praesidentiam, post discessum a Castro, Guilielmus Fabricius, vulgo *Schmidt*, Noviomagus, S. T. doctor, ex praeside collegii minoris theologorum factus hujus majoris praeses 4 junii 1611. Vide S. T. doctores.

(1) La bibliothèque de l'Université possède, sous le nº 112 des manuscrits, les actes de ce soi-disant chapitre, *quasi-capitulum*. Dans ces actes, dont nous publierons des extraits à la suite des documents sur le grand collège du Saint-Esprit, on trouvera beaucoup de détails très intéressants.

Paquot : « Eligitur 27 maji 1611. »

Moritur vehementi apoplexia correptus 7 martii 1628, die divi Thomae Aquinati sacro, dum e templo Praedicatorum, audito ejusdem sancti encomio, domum redit, aetatis anno 75, relictis bonis suis huic collegio majori pro fundatione bursarum. Vide S. T. doctores.

XIX. Defuncto Fabricio, factus ante 18 aprilis 1628 praeses Henricus Rampen, Huensis, S. T. doctor et professor. Ex minoris collegii praeside hujus majoris praeses. Ingravescente aetate et cum acutissimis podagrae ac chiragrae cruciatibus diu conflictatus, obiit 4 martii 1641, relictis bonis acquisitis et mobilibus huic collegio pro fundatione bursarum et septem praebendis, qualibet harum 30 florenorum. Vide S. T. doctores.

XX. 1641, defuncto Rampen, factus est praeses Joannes Sinnich, Corcagiensis Hibernus, S. T. doctor et professor. Obiit Lovanii in hoc collegio 8 maji 1666, aetatis 63 annorum, praesidentiae 25 annorum, relicta fundatione bursarum in hoc collegio. Vide S. T. doctores.

Paquot : « Electus 23 martii 1641. »

XXI. 1666. Andreas Laurent, Goegniensis prope Rhodium in Hannonia, S. T. doctor et professor, factus ex praeside minoris hujus majoris collegii praeses post obitum Sinnigh; in quo diem clausit extremum 13 maji 1679, aetatis 72 annorum, relicta fundatione bursarum in hoc collegio. Vide S. T. doctores.

XXII. 1679, post obitum Andreae Laurent factus est Henricus Scaille, Dionantinus, S. T. doctor et professor, ex praeside collegii Divaei majoris hujus theologorum praeses etc. Obiit 15 maji 1689, aetatis 65 annorum, relicta fundatione bursarum in hoc collegio. Vide S. T. doctores.

XXIII. 1689, post obitum Henrici Scaille factus est Martinus Steyaert, Somerghemius, S. T. doctor regens et professor, ex praeside collegii Baji hujus collegii majoris praeses, ibidemque scorbutica diathesi obiit 17 aprilis 1701, aetatis 55° ad diem unum incepto. Vide S. T. doctores.

Paquot : « Migravit e vita 17 aprilis 1701, qua die collegii regimen strictae facultati resignarat, a qua electus est electus est ejus successor. »

XXIV. 1701, 17 *aprilis*, defuncto Martino Steyaert, Hermannus Damen, Tungrensis, S. T. doctor regens et professor, ad S. Michaëlem Lovanii pastor et hujus collegii vicepraeses, constitutus est praeses. Ex quo, ob valetudinem hujus tunc collegii oneri ferendo impar, transiit 22 maji 1702 ad collegii Divaei, et anno 1713 ad Atrebatensis collegii praesidentiam. Obiitque in collegio Atrebatensi 29 octobris 1730, aetatis 74°. Vide S. T. doctores.

XXV. 1702, 23 *junii*, post dimissionem Hermanni Damen, Antonius Parmentier, Nivellensis, tum S. T. licenciatus, et pastor Branii Allodii, constitutus fuit praeses, 21 augusti 1703 S. T. doctor creatus. Obiit Namurci 12 maji 1722, aetatis 55° anno, inter manus chirurgorum, vehementissimis calculi doloribus afflictus ; sepultus in abbatia Boneffiensi, cui frater ejus Alexander Parmentier abbas praeerat. Vide S. T. doctores.

Sub hoc praeside, anno 1703, 8 junii, sacra theologica facultas decretum tulit, quod 15 ejusdem mensis a rege approbatum fuit, quo statuitur, ut, mutata ratione computuum oeconomicorum collegii, qui ad haec usque tempora erant ad commodum vel incommodum bursariorum, ex quibus factum erat, ut collegium obnoxium esset diversis creditoribus ad viginti mille et amplius florenos, (plurimi enim ante annuam confectionem computus insolventes discesserant) in posterum oeconomia dirigatur commodo et incommodo collegii seu fabricae ejusdem, exemplo reliquorum omnino collegiorum ; adeoque collegium in se sumpsit praedicta debita solvere ; tum et mensa bursariorum statuta fuit ad 120 florenos cambiales pro anno academico.

Titulus carminis qua praesidis anno 1702 : *Antonio Parmentier, Nivellensi, S. T. L. et nuper in Acad. Lov. professori, in Brania Allodiensi pastori emerito, cum in praesidem majoris collegii evectus esset a°* 1702. ECCE PARMENTIER PRAESIDET.

XXVI. 1722, post obitum Antonii Parmentier, Joannes Franciscus Stoupy, Thudiniensis, S. T. doctor regens et professor, ex praeside collegii Leodiensis factus est hujus collegii majoris praeses, electus omnium votis 18 maji 1722; ibidemque obiit 15 novembris 1736, aetatis 59 annorum, relicta fundatione bursarum in hoc collegio. Vide S. T. doctores.

XXVII. 1736, post obitum J. F. Stoupy, Natalis Du Bois, ex My Durbutensis, S. T. doctor regens et professor, ex praeside collegii Atrebatensis factus hujus collegii praeses. Obiitque in eodem 17 julii 1757, aetatis 70 annorum, diuturna tabe consumptus et hydropisi oppressus, relicta fundatione ampla bursarum in hoc collegio ex bonis Lovanii acquisitis. Vide S. T. doctores.

XXVIII. 1757. Henricus Gabriel Van Gameren, ex Saventhem, S. T. doctor regens et professor, etc., ex praeside collegii Sabaudici factus hujus collegii praeses anno 1757, defuncto N. Du Bois, die 19 julii. Anno 1758 nominatus episcopus Antverpiensis, et 9 septembris 1759 Ipris consecratus, die 8 octobris sequenti solemniter Antverpiae receptus fuit, postquam praesidentiam hujus collegii... junii 1759 dimisisset. Obiit Antverpiae 26 januarii 1775, aetatis 75e anno. Vide S. T. doctores.

XXIX. 1759. Joannes Van der Auwera ex Putte, S. T. doctor regens et professor, ex praeside collegii Craendonck factus hujus collegii praeses 28 junii 1759. Post dimissionem ill. D. Van Gameren possessionem statim adiit, litigiosam tamen contra P. J. B. De Beauvais-Raseau, S. T. doctorem et collegii minoris praesidem, sustinentem D. Van Gamerèn, nominatum episcopum Antverpiensem, voto electivo inter doctores regentes facultatis theologicae carere.

Obiit J. Van der Auwera, in hoc collegio majori praeses, die 12 maji 1783, hora 6ta vespertina, aetatis 74 annorum, colica primum vexatus, ac in icterum calidum delapsus, febri concomitante acuta, non sine gangrenae indiciis, relicta fundatione bursarum in hoc collegio. Vide S. T. doctores.

XXX. 1783, 12 *maji*, post obitum Van der Auwera, JOANNES FRANCISCUS VAN DE VELDE, ex Beveren, S. T. doctor regens et professor, etc., ex praeside collegii Hollandici electus est hujus collegii majoris praeses (1).

Fundatores bursarum in collegio majori theologorum.

Collegium autem hoc theologorum, jacto sic feliciter fundamento a Ludovico De Ryke ejusque conjuge Judoca de Puteo, varii deinceps dotarunt et fundationibus auxerunt, academiamque vel maxime hoc modo stabilierunt, qui propterea laude sua frustrandi non sunt. Hi autem fuere :

1. *Ludovicus De Rycke* ejusque conjux supradicti, qui praeter fundum et aedificia suprascripta reliquerunt varios redditus, valentes annue 80 circiter florenos pro septem bursis seu praebendis; octavaque portio relicta erat pro celebratione missarum in dicto collegio. *Bursae VII.*

2. *Martinus van Erkenbroeck*, Zoemerensis, artium magister, presbyter, ex secretario oppidi Buscoducensis factus canonicus sancti Joannis in eodem oppido, testamento suo, quod est de 30 augusti 1467, voluit ex residuo suorum bonorum, solutis legatis etc., bursas erigi. Obiitque dictus Martinus Lovanii vii idus (die 7) septembris 1468; erexeruntque ejusdem testamenti executores, post obitum Henrici dicti de Zoemeren, Martini nepotis, S. T. doctoris et professoris, vita functi 14 augusti 1472, anno 1478 die 17 januarii *bursas II.*

3. *Everardus de Zwollis*, regens paedagogii Cacabi, *Ketel*, ceu Falconis, obiit anno 1471, in festo sanctae Agnetis, virginis, relicta fundatione duarum missarum in collegio theologorum. Vide regentes Falconis.

4. *Elisabetha Lambrechts*, incola Lovaniensis, uxor domini Walteri de Berthem junioris, inter alia legata legavit anno

(1) Voyez la notice, en forme de discours, que nous avons publiée, sur la vie et les ouvrages de Jean-François Van de Velde, dans l'*Annuaire de l'Université catholique*, 1865.

1469, die 18 octobris, praesente praefato viro suo, collegio theologorum duas coronas haereditarias annue ad opus librariae seu bibliothecae ejusdem collegii. Habitabat testatrix in domo dicta *de Swane* extra portam sancti Michaëlis sita.

5. *Aegidius Ghiselin*, artium magister, presbyter et in jure canonico licenciatus, testamento suo de 7 maji 1473 reliquit reditum annuum trium librarum grossorum Turonensium, monetae Flandriae, pro duabus bursis : alteram pro theologo, alteram pro studioso juris canonici. Ex quibus tribus libris grossorum Turonensium quilibet bursarius annuatim recipiet decem et octo libras parisienses, monetae Flandriae, viginti grossis Flandriae pro libra computandis. Obiitque fundator eodem anno 1473 vj idus (die 8ª) decembris. Testamentum condidit Aegidius Brugis in domo habitationis suae. *Bursae II.*

6. *Joannes Varenacker*, ex Ruyslede juxta Tiletum, dioecesis Gandavensis, S. T. professor et plebanus sancti Petri Lovanii et facultatis theologicae regens, una cum fratre suo Guilielmo, ejusdem collegiatae divi Petri Lovaniensis thesaurario, praeter duas missas duas fundaverunt bursas, singulam 25 Rhenensium. Obiit ille 4 vel 11 januarii 1475; hic vero 16 novembris ante annum 1482, Ambo sepulti sunt Lovanii in aede sancti Petri ante altare sanctae Crucis. Vide S. T. doctores. *Bursae II.*

7. *Henricus Grimbergen* seu *Grymberch* et *Margareta Meeus*, conjuges et cives Bruxellenses, 30 julii 1479 fundaverunt quatuor bursas, duas scilicet pro philosophis et duas pro theologis; quibus dein ex Joannis De Vadder ejusque conjugis fundatione additi fuere 12 floreni. Reductae fuere dein hae bursae quatuor ad duas, unam pro philosopho, alteram pro theologo. *Bursae II.*

N. B. Praedicti conjuges Bruxellenses Joannes De Vadder et Dorothea Waefelaers fundaverunt missas legendas ad altare sanctae Catharinae in templo divi Quintini Lovanii, per fundationis Grimbergh bursarium vel alium presbyterum bursarium majoris collegii.

8. *Jacobus de Cotthem*, Bruxellensis ut putatur, artium magister, presbyter et decretorum doctor, assumpto habitu sancti Francisci in conventu sanctae Mariae de Nazareth, Minorum de observantia, extra muros Placentiae in Italia, condito Romae testamento 25 aprilis 1481, antequam profiteretur regulam (fuerat scholasticus ecclesiae Beekensis, in dioecesi Cameracensi (1) et parochus ecclesiae de Jorbise (Jurbise?) et beneficiatus in ecclesiis de Middelburg), praeter bibliothecam suam, quam legavit collegio, fundavit bursam unam 12 florenorum Rhenensium (2). *Bursa I.*

N. B. Huic fundationi anno 1546 unita fuit bursa fundationis Bartholomaei ab Aquis, de qua hic infra sub n. 15.

9. *Aegidius de Bailleul*, ex Lillers in Artesia, S. T. doctor et professor per 25 annos ordinarie legens et regens, obiit 18 maji 1482, fundatis bursa una 24 Rhenensium et anniversario. Fuitque haec fundatio erecta anno 1507 per executores testamenti. *Bursa I.*

10. *Gaspar Kinschot*, alias *Divitis*, Turnholtanus (3), S. T. baccalaureus formatus, paedagogii Falconis regens, ecclesiae sancti Petri Lovanii canonicus, ecclesiae collegiatae sancti Martini Middelburgi aliquando curatus, testamento suo de 10 maji 1487 praeter bursam unam in paedagogio Falconis in collegio theologorum fundavit bursam unam 24 florenorum Rhenensium. *Bursa I.*

11. *Simon de Slusa*, seu *Van der Sluys*, Roterodamus, medicinae doctor, medicus cubicularius Caroli Audacis, ducis

(1) Il s'agit ici du chapitre de Hilvarenbeek dans le Brabant septentrional, qui faisait partie du diocèse de Liége. Les mots *in dioecesi Cameracensi* doivent se rapporter sans donte au mot *Jorbise* qui suit.

(2) Molanus, dans son *Historia Lovaniensium*, I, p. 622, dit : « Legavit omnes libros suos in theologia et philosophia, centum florenos rhenenses, et ad unius scholaris sustentationem possessionem suam in Uckele prope Bruxellam, dictam *Zeecrabbe*, quae per subhastationem vendita est 12 florenis annuis. »

(3) Gaspar de Kinschot est aussi connu sous le nom de Gaspar de Turnhout.

Burgundiae, ab anno 1463 canonicus ad sanctum Donatianum Brugis, a 13 augusti 1474 praepositus et archidiaconus Ultrajectinus. Fuit etiam canonicus et custos cathedralis Leodiensis, necnon praepositus sancti Rumoldi Mechliniae et sanctae Pharaildis Gandavi. Obiit Mechliniae 27 vel 29 septembris 1499. Is 20 septembris 1495 reliquit collegio theologorum sex libras grossorum annuas (capitale 576 florenorum cambialium) pro duabus bursis. Similiter fundavit in collegio baccalaureorum juris utriusque bursam unam. *Bursae II.*

Vide Van Heussen, *Hist. episcopatuum foederati Belgii*, I, p. 51; Hoynck, *Analecta Belgica*, III, parte I, p. 158; Van Gestel, *Hist. archiep. Mechliniensis*, I, p. 40.

12. *Joannes Moselaer*, alias *Streelincx*, S. T. baccalaureus formatus et paedagogii Castri regens, praeter quatuor bursas pro artistis (1) in eodem paedagogio bursam unam in collegio theologorum fundavit. Obiit fundator 30 septembris 1499. Verosimiliter natus Bruxellis, cum ad bursas philosophicas primo loco vocentur Bruxellenses. *Bursa I.*

13. *Conradus de Sarto*, decretorum licentiatus, canonicus et custos ecclesiae cathedralis sancti Lamberti Leodii, praepositus ecclesiae tunc collegiatae sancti Rumoldi Mechliniae, ibidemque in magno senatu Belgico consiliarius, testamento suo de 29 januarii 1502 fundavit bursam unam in collegio theologorum, quae translata fuit postea in collegium minus, 25 florenorum Rhenensium. Item reliquit 14 florenos rhenenses annue pro acquirendo bove annis singulis; item fundavit missam quotidianam in collegio theologorum; quae deinde reductae fuerunt ad numerum proventuum dictae fundationis. Praeter varia pia legata fundavit anniversarium in ecclesia cathedrali Leodiensi, in ecclesia beatae Mariae Virginis Namurci, in ecclesia sancti Rumoldi Mechliniae. Item legavit hospitali magno in oppido Lovaniensi 30 florenos Rhenenses annuos pro duobus lectis infirmorum; insuper dotavit cellam apud Carthusienses Lovanii, apud quos sepul-

(1) *Artista*, étudiant de la faculté des arts.

turam suam elegit (1). Obiit Lovanii 5 vel 6 februarii 1502 stylo novo, sepultusque est in choro templi carthusiani. *Bursa I.*

14. *Nicolaus de Pannetier*, juris utriusque baccalaureus, ad sanctum Petrum Lovanii canonicus et paedagogii Falconis regens, fundavit bursam unam octo florenorum Rhenensium. Obiit fundator 20 junii 1505. *Collegii majoris distributiones.*

15. *Bartholomaeus de Aquis*, mercator Venetus, convictor et socius collegii theologorum, vivens anno 1507, reliquit collegio bursam 22 Rhenensium, quae, eo adhuc vivente, redacta fuit ad 18 Rhenenses, quamque et ipsemet possedit. Haec bursa anno 1546 conjuncta fuit bursae fundationis de Cotthem, quae recensetur supra n° 8.

16. *Antonius Guilielmus a Poortvliet*, Zelandus, paedagogii Castri regens, S. T. baccalaureus formatus, ethices professor et secundae fundationis in divi Petri canonicus, praeter bursas in paedagogio Castri reliquit bursam in collegio theologorum minori et fundationem missarum in collegio theologorum majori. Obiit 1 octobris 1514.

17. *Joannes de Hoya*, Gandensis, S. T. doctor et professor, praeter varios libros, quos collegio legavit, fundavit bursas binas, quamlibet 24 Rhenensium. *Bursae II.*

18. *Godescalcus Rosemondt*, Eyndhoviensis, artium et S. T. doctor et professor, collegii theologorum quondam alumnus et collegii Adriani VI praeses primus, fundavit 7 octobris 1526 in collegio (majori) theologorum bursam unam 24 Rhenensium. Obiit 5 decembris 1526. *Bursa I.*

19. *Cornelius Braen*, Venetus, mercator Antverpiensis, anno 1525 auxit collegium theologorum majus aedificio primario, quod hortum ab area secernit, in eodemque collegio fundavit anniversarium cum missa singulis mensibus.

(1) Voyez, sur la fondation de cette cellule, les *Analectes*, XIV, p. 255.

20. *Nicolaus Coppyn*, alias *Meuran*, Montensis, S. T. doctor et professor, divi Petri decanus, paedagogii Falconis quondam regens, praeter fundationem in paedagogio Falconis reliquit testamento de 13 junii 1535 in collegio theologorum (majori) bursas duas, quamlibet 25 Rhenensium. Obiitque 16 junii 1535. *Bursae II.*

21. *Joannes Henrici de Geldorp*, canonicus Thenensis, anno 1536 in subsidium bovis reliquit redditum 10 florenorum. *Inter distributiones.*

22. *Joannes Van den Hoeven*, Lovaniensis, bedellus primum facultatis theologicae, et viduus primum Catharinae Maes, deinde Annae Loenis, dein praeses collegii trilinguis ab anno circiter 1529, obiit 10 septembris 1536. Reliquit quaedam ex residuo haereditatis suae bursariis collegii theologorum majoris applicanda et annue impendenda in cerevisiam, carnes, blada, seu esculenta vel poculenta. *Inter distributiones.*

23. *Christianus de Beka*, seu *Beke*, a Dithmartia, dioecesis Bremensis, filius Nicolai Beke, cantor aulae caesareae, ad divum Petrum Lovanii canonicus, subdiaconus, testamento suo de 16 julii 1539, et codicillis de 13 septembris et 15 septembris 1540 Lovanii scriptis, reliquit redditus quosdam et residuum mobilium suorum pro erigendis 3 vel 4 bursis, quamlibet 25 florenorum Caroli Brabantiae; primo unam pro theologo, dein alteram pro juris studioso, et tertiam pro philosopho Castri, et quartam pro theologo. Obiit fundator 21 septembris 1548. Fuit hic fundator etiam pastor Goudanus. Haec fundatio ob injuriam temporum et reductionem reddituum, initio habens in redditibus 123 florenos, postea non nisi 44 circiter habebat, qui distribuuntur inter collegia theologorum majus, sancti Ivonis et paedagogium Castri. *Inter distributiones.*

24. *Jacobus Latomus*, alias *Masson*, Camberonensis, presbyter, S. T. doctor et professor, collegii Standonici post obitum fundatoris primus praeses seu pater, canonicus sancti Petri Lovanii, testamento suo de 11 februarii 1543

stylo veteri fundavit quatuor bursas, relicta dote 1200 florenorum Rhenensium, pro studiosis idoneis ad docendam juventutem, et effectualiter in theologia procedentibus, in paedagogio Porci habitantibus et promotis in artibus. Hujus fundationis proventus a 10 decembris 1710 distributi fuere annue professoribus et subregenti gymnasii sanctissimae Trinitatis.

25. *Philippus de Spina*, alias *Van Doren*, ex Gestel prope Becam, vulgo Moergestel, persona ecclesiae sancti Servatii loci de Schyndel, necnon decanus sancti Joannis Sylvaeducis, — seu fundatio Schyndelensis, seu incorporatio personatus de Schyndel. Incorporatio haec peracta fuit in vim literarum apostolicarum, quas Paulus III 4 decembris 1545 concesserat ad preces sacrae facultatis, tum R. D. Philippi de Spina, personae dictae ecclesiae de Schyndel; item vigore octroyae a Carolo V, imperatore, 24 aprilis ejusdem anni 1545 concessae et placeti dein subsecuti (1).

Ex hoc personatu seu decimis, deductis oneribus solvendis in parochia de Schyndel, solvuntur : 1° quatuor bursae in collegio Adriani VI, 2° una bursa in collegio majori theologorum, 3° ex residuo duae tertiae partes obveniunt collegio majori theologorum et una tertia pars collegio minori, pro supplemento bursarum in his duobus collegiis sancti Spiritus. Obiit Joannes de Spina 17 decembris 1597, et 27 ejusdem mensis notarius Marquet Andream Lamberti de Uden, sacrae facultatis theologicae procuratorem, ejusdemque facultatis nomine, consuetis caeremoniis induxit in corporalem, realem et actualem possessionem personatus de Schyndel per obitum domini Philippi de Spina vacantis. Fuit Andreas Lamberti de Uden vicarius seu pastor de Schyndel.

26. *Petrus Cortrel*, canonicus ecclesiae cathedralis Tornacensis, archidiaconus Flandriae et episcopi Tornacensis vica-

(1) Voyez, dans l'*Annuaire de l'Université catholique de Louvain*, 1841, pp. 203-216, une série de documents relatifs à l'incorporation du pensionnat de Schyndel à la faculté de théologie.

rius generalis, qui obiit 28 maji 1545, praeter bursas duas 24 florenorum Rhenensium fundatis in collegio theologorum majori duas fundavit pro facultate juris canonici in collegio sancti Ivonis, et tres pro philosophia in Falcone. Insuper fundavit anniversarium suum in collegio theologorum majori, vel in sacello sancti Antonii Lovanii. Hoc autem anniversarium celebratur in collegio majori theologorum. *Bursae II.*

27. *Joannes Carondeletus*, seu *Carondelet*, Burgundio (1), primum ecclesiarum sancti-Donatiani Brugis et sancti Petri Anderlechtensis canonicus, vigore resignationis in manibus pontificis 28 novembris 1520 praepositus sancti Donatiani Brugis, fuit et archiepiscopus Panormitanus, primas Siciliae, cancellarius Flandriae perpetuus, decanus metropolitanae Bisuntinae, abbas commendatarius beatae Mariae Montis Benedicti, praepositus sanctae Walburgis Furnensis et sancti Petri Secliniensis, Caroli V, Romanorum imperatoris augusti, secretarius, aliorumque conciliorum in Belgica praeses primarius, qui obiit Mechliniae 8 februarii 1544, aetatis 75° anno, sepultus ad latus meridionale majoris arae Brugis cum epitaphio. Praeter bursas tres in collegio sancti Donatiani fundavit bursas duas in collegio theologorum majori 25 florenorum Caroli. Fuit haec fundatio erecta 25 julii 1547. *Bursae II.*

28. *Cornelius Andreae a Stryen*, S. T. licentiatus, canonicus palatii Hagensis apud Batavos, et inquisitor haereticae pravitatis a pontifice nominatus, obiit in Haga Comitis anno 1546, fundatis in collegio theologorum disputationibus sabbatinis, quibus praeesse aliquis e collegio facultatis theologicae hactenus absque ulla dotatione solebat, reliquit reditum 27 florenorum Rhenensium. Quae disputationes postea, ut plurium bono cederent, ad publicum auditorium theologorum translatae fuere.

29. *Joannes Leonardi ab Hasselt*, cognomento *Van der Eycken*, Hasselensis Eburo, S. T. doctor et professor, qui obiit Tridenti 9 januarii 1552, reliquit reditum in pias distri-

(1) Il était né à Dôle.

butiones inter pauperes studiosos et pro anniversario in collegio theologorum majori. Item libros suos theologicos reliquit collegio theologorum et domui Standonicae. *Distributiones.*

30. *Simon de Planen ab Asperen*, filius Simonis et Elisabethae Van Vlierden, artium magister et S. T. licentiatus, presbyter, ecclesiae beatae Mariae Virginis Antverpiae pastor seu subplebanus, 5 septembris 1554 donatione inter vivos erexit et fundavit bursam unam, transportans in hunc finem reditum 32 florenorum Caroli. Vivebat fundator adhuc 8 augusti 1557. *Bursa I.*

31. *Henricus Hovelmans de Westerhoven*, Hilvaribecanus, S. T. licentiatus et ecclesiae beatae Mariae Virginis Antverpiae plebanus, reliquit reditum 16 florenorum Caroli; et *Marsilius Hovelmans*, Henrici frater, S. T. baccalaureus, praefectus monasterii sanctimonialium in monte Thabor, tum extra dein intra Mechliniam, reliquit reditum 16 florenorum. Quos duos reditus 12 junii 1556 executores testamenti et haeredes transportarunt ad opus fundationis in collegio theologorum distribuendos.

32. *Lambertus Priem*, Sylvaeducensis, S. T. licentiatus et collegii theologorum ante divisionem praeses, qui obiit 20 augusti 1556, reliquit collegio theologorum unam tertiam partem residui suae haereditatis, valentem 21 Rhenenses et 10 stuferos, annue pro distributione, etc.

33. *Florentius Egberti*, Harlemensis, S. T. baccalaureus, erat 26 septembris 1551 vicecuratus Amstelodami, dein ex pastore Edamensi factus pastor Amstelodamensis, fidei inquisitor, vir egregius, qui religionem catholicam plane pessumdatam resuscitare e cineribus et manutenere sategit. Amstelodami per gravissimas haereticorum calumnias ex ecclesia abductus et carceres triennales Hagae Comitis passus, a concilio ibidem, ut et a Bruxellensi ac Mechliniensi, innocens declaratus, hinc Amstelodamensi curae restitutus, et honoris causa plebanus ad divam Gudulam anno 1565 constitutus, ibi-

dem 3 augusti 1571 peste moritur. Collegio theologorum reliquit anno 1562 reditum 26 florenorum Rhenensium in usum aedificiorum collabentium domuncularum ejusdem collegii sive pro fabrica, et anno 1567 alium reditum quinque Rhenensium distribuendum studioso.

34. *Odoardus de Bersaques*, ecclesiae collegiatae sancti Audomari in sancto Audomaro, Morinensis dioecesis, praepositus, nec non primus eleemosynarius caesareae Suae Majestatis, Caroli nempe V, item Philippo II ab eleemosynis. Obiit Bruxellis 15 februarii 1557 stylo veteri, sive anno 1558 stylo novo, et sepultus fuit in monasterio Montis Frigidi. Fundavit duas bursas pro studiosis theologiae, unamquamque 40 florenorum Rhenensium. *Bursae II.*

35. *Jacoba De Gruytere*, Gandensis, beggina Mechliniae in majori begginagio, quod tunc erat extra et juxta portam oppidi, obiit 10 decembris 1558, relicta medietate tertiae partes suorum mobilium pro distributione theologis in collegio majori facienda, altera medietate dictae tertiae partis relicta pro Standonicis.

36. *Ruardus Tapper*, ab Enchusia, S. T. doctor et professor, supremus fidei inquisitor, ecclesiae divi Petri decanus, Universitatis, absente praeposito, cancellarius, collegii theologorum olim bursarius et praeses, qui obiit Bruxellis 2 martii 1559, aetatis 71 annorum, praeter bibliothecam, quam reliquit collegio theologorum, fundavit anniversarium in divi Petri, duas bursas in collegio Adriani VI, bursam unam 24 florenorum in collegio theologorum, quae deinde translata est ad collegium theologorum minus, necnon 30 missas, quae exonerantur in collegio theologorum majori; insuper reliquit fabricae collegii theologorum 25 Rhenenses annuos et 6 florenos annuos pro bove, porco, etc., vel distributionibus.

37. *Gabriel Vlierden*, Bruxellensis, presbyter et S. T. licentiatus, filius Balthasaris, equitis, advocati concilii Brabantiae et anno 1588 consulis oppidi Antverpiensis, et Idae Van der

Tommen, anno 1546 via permutationis cum Antonio Perenot de Granvelle factus canonicus divi Bavonis Gandavi, in festo Paschatis possessionem adiit. Obiit 2 decembris 1566. Fundavit bursas tres majores, quamlibet 25 Rhenensium, et duas minores seu subsidiarias, quamlibet 18 Rhenensium, in collegio theologorum. *Bursae V.*

38. *Joannes de Hamalia*, vulgo *Van Hamale*, Bergeyckanus, S. T. baccalaureus formatus, presbyter, pastor primum ecclesiae Goudanae apud Batavos, postea canonicus Harlebecanus in Flandria, et sancti Martini in Rutten, in patria Leodiensi (habet Rutten, hodie Russon, sub se Hamal in patria Leodiensi) collegii theologorum Lovanii quondam alumnus, obiit Lovanii 24 maji 1568, sepultus in divi Petri ad altare Nominis Jesu. Reliquit reditum 40 florenorum Caroli pro bursa et distributione annua facienda inter studiosos theologiae in hoc collegio. *Bursa I.*

39. *Judocus Ravesteyn*, Tiletanus Flander, S. T. doctor regens et professor, ac praepositus beatae Mariae Walcuriensis in provincia Namurcensi, qui obiit 7 februarii 1570 stylo novo, fundavit bursam unam 50 florenorum in collegio theologorum majori. *Bursa I.*

40. *Judocus Bourgeois*, Angianus, S. T. licentiatus et pastor Goudanus, vir doctus, pius et amabilis, obiit 26 junii 1571, aetatis 49°. Reliquit 100 florenos Rhenenses semel pro anniversario suo in collegio majori. Pastor existens acerrime vitia, praecipue cleri, insectabatur. Martinus Duncanus libellum ei nuncupavit. Morti proximus, viris consularibus ad se vocatis, avitam fidem commendavit. Effigies ejus ad sanctum Joannem Goudae, divum ipsius tutelarem, prostrati, in quarto eminentiori chori vitro ad boream, quod vivus affabre fieri curaverat, olim visebatur. In funus ipsius, sub vitro hoc, ad dexteram summi altaris conditum, rabies insanientium, cum civitas Goudana anno subsequente Aurisiaco principi dederetur, tanta saeviit inhumanitate, ut ad furcam illud protraxisset, nisi senatus auctoritas rabiem stetisset. Vide :

Van Heussen, *Historia archiepiscopatus Ultrajectini*, p. 306, et *Bataviam sacram*, II, p. 181.

41. *Etisabeth Van den Bossche*, filia Cornelii, Mosaetrajectensis, virgo, multis annis Lovanii (vide codicillos Ruardi Tapperi, S. T. doctoris) vixit, indeque in patriam migravit; obiitque ibidem 3 maji 1572, relicta bursa 27 Rhenensium.

42. *Matthias Brants*, pastor Zoemerensis et decanus Helmondensis, filius Joannis, testamento suo de 21 julii 1574 fundat anniversarium. Obiit 23 julii 1574 (1).

43. *Guilielmus Van den Broeck*, seu *Paludanus*, Iprensis, sacrae theologiae baccalaureus, olim collegii alumnus et pastor juxta Ipras, reliquit collegii 20 libras semel, applicandas ad reditum pro distributione annua. Obiit 22 septembris 1574.

44. *Cornelius Hugonis*, natus verosimiliter in Nispen prope Bergam ad Zomam, ecclesiae beatae Mariae Virginis Antverpiae capellanus. Obiit post 2 novembris 1575 et ante 1578, relicta bursa 32 florenorum in paedagogio Castri, et una altera 40 florenorum Caroli in collegio theologorum majori.

45. *Cornelius Jansenius*, Hulstensis, S. T. doctor regens et professor, collegii majoris quondam praeses, primus Gandavensium episcopus, obiit Gandavi 11 aprilis 1576, aetatis anno 66°, relicta fundatione trium bursarum (quaelibet est trium librarum grossorum seu 18 florenorum) pro studiosis theologiae alias bursas non habentibus.

46. *Joannes De Vaddere* et *Dorothea Waeffelaers*, conjuges, Bruxellenses, habitantes Lovanii sub parochia sancti Quintini in domo dicta *het Blauwhuys* (Dorothea marito superstes obiit 26 augusti 1576), reliquerunt reditum 24 florenorum Caroli pro quatuor missis celebrandis ad altare sanctae Catharinae in divi Quintini per theologum, alumnum majoris collegii; quae fundatio 28 martii 1761 auctoritate archiepiscopi Mechliniensis translata fuit ad sacellum collegii majoris

(1) Voyez, sur Mathias Brants, Schutjes, *Bisdom* 's Hertogenbosch, V, p. 662.

Insuper reliquerunt reditum annuum 12 florenorum Caroli pro augmento fundationis Grimbergen.

47. *Rumoldus Rymaers*, seu *Rimarius*, S. T. licentiatus, ecclesiae metropolitanae divi Rumoldi canonicus, obiit 4 januarii, relicto reditu 40 florenorum Rhenensium pro bursa una. *Bursa I.*

N. B. Juxta epitaphium Mechliniae in metropolitana divi Rumoldi, in sacello sanctorum Macarii et Antonii, obiit 4 junii; legendum : *januarii.*

48. *Joannes Brants*, Sylvaeducensis, philosophiae per plures annos professor in paedagogio Lilii; inde ab anno 1559 canonicus ad sanctum Donatianum Brugis, obiit 8 julii 1577, fundata bursa in collegio theologorum majori 7 librarum grossorum, item bursa alia in paedagogio Lilii 6 librarum grossorum.

49. *Catharina Diericx*, beggina Delphensis, anno 1577, Mechliniae residens et defuncta, relicta summa 800 florenorum capitalium, quae ob mala tempora vix fuit 300 florenorum pro bursa una. *Bursa I.*

50. *Zegerus Zeuntkens*, seu *Seuntjens*, Rhetensis Campiniae, canonicus et thesaurarius sancti Petri Lovanii, obiit 6 januarii 1579, et praeter bursam unam in paedagogio Lilii reliquit reditum annuum 50 florenorum pro bursa una. *Bursa I.*

51. *Gerardus de Mera*, seu *Meranus*, vulgo *Van der Meeren*, Sylvaeducensis, S. T. licentiatus, ecclesiae Ruraemundensis archidiaconus, collegii theologorum quondam alumnus, 25 maji 1579 fundavit bursam 30 Rhenensium pro theologia; obiitque fundator ante 8 maji 1589, qua die Melchior Huys, alias Van Meere, Antverpiensis, presbyter, S. T. licentiatus, canonicus et thesaurarius ecclesiae metropolitanae sancti Rumoldi Mechliniae, pro augmentatione praedictae fundationis Meranae reliquit reditum 22 Rhenensium et 2 1/2 stuferorum. *Bursa I.*

52. *Joannes Bonhomme*, presbyter dioecesis Cameracensis, S. T. licentiatus (in epitaphio legitur : *bachelier formé*), ad

sanctum Germanum Montibus Hannoniae canonicus et in comitatu Hannoniensi fidei inquisitor, obiit Montibus Hannoniae 16 aprilis 1585. Praeter quatuor bursas in paedagogio Falconis et quatuor in collegio Houdano Montibus Hannoniae fundavit quatuor bursas, et quintam, si vires residui ferrent, in collegio majori theologorum, quamlibet 50 Rhenensium; cui collegio etiam legavit libros suos theologicos. *Bursae V.*

53. *Henricus Gravius*, Lovaniensis, S. T. doctor et collegii hujus praeses, qui obiit Romae 2 aprilis 1591, fundavit anniversarium celebrandum in collegii sacello.

54. *Joannes Van Roy*, virgarius ecclesiae metropolitanae Ultrajecti, et *Lucia Vincken*, Joannis filia, conjuges, praeter bursam unam fundatam pro studioso in schola sancti Hieronymi Ultrajecti fundarunt bursam 52 Rhenensium in collegio majori theologorum. Obiit Joannes Van Roy ante 30 octobris 1592; vivebat tunc adhuc Lucia Joannis Vincken. *Bursa I.*

Hanc fundationem auxit 7 octobris 1673 *Joannes Van Boxtel*, notarius et procurator supremi Brabantiae concilii, tanquam cohaeres venerabilis domini ac magistri Henrici Van Boxtel, presbyteri et pastoris, dum viveret, in Yegem et Smeerlibbe, in dioecesi Mechliniensi (1).

55. *Antonius Lammens*, vel *Lambrechts*, alias *Lamberti*, filius Gasparis, ex Kieldrecht, pastor sancti Georgii Antverpiae, collegii majoris quondam alumnus, ejusque soror *Maria Lammens*, beggina, praeter bursam 42 florenorum Caroli in collegio Standonico fundatam unam fundarunt in collegio majori theologorum 50 florenorum. Maria Lammens obiit ante 28 julii 1596; Antonius Lammens, pastor, obiit 14 augusti 1596. *Bursa I.*

56. *Joannes Duyfkens*, ab Hasselt, ecclesiae collegiatae beatae Mariae Virginis Trudonopoli plebanus, anno 1598 praeter bursam 48 florenorum in seminario Trudonensi et

(1) Idegem et Smeerhebbe, près de Ninove, appartenaient autrefois au diocèse de Malines.

aliam 48 florenorum, fundatas in collegio Standonico, tertiam bursam 48 florenorum fundavit in collegio majori theologorum.

57. *Gisbertus Danielis*, Tungrensis, filius Aegidii Danielis et Elisabeth Mossis, filiae Gisberti, anno 1578, in artibus primus e paedagogio Porci, primum dein philosophiae professor in paedagogio Porci, inde canonicus Visetensis in patria Leodiensi et sancti servatii Trajectensis ad Mosam. Obiit Trajecti ad Mosam anno 1601, relicta fundatione unius bursae 40 Rhenensium in collegio majori theologorum. *Bursa I.*

58. *Ludovicus Stercke*, presbyter et pastor in Lenniaco sancti Quintini, praeter bursam 35 Rhenensium pro humanioribus etc., aliam anno 1604 fundavit 52 Rhenensium in collegio majori theologorum. *Bursa I.*

59. *Jacobus Clausius*, Antverpiensis, S. T. doctor et ad sanctum Petrum Lovanii canonicus, habitans in collegio majori theologorum, ejusdem collegii fabricae legavit 50 Rhenenses semel, obiitque in hoc collegio 22 augusti 1605.

60. *Godefridus Van den Berge*, Antverpiensis, presbyter, canonicus primum sancti Petri Turnhouti, dein sancti Gummari Lyrae, collegii majoris theologorum quondam alumnus, fundavit ex residuo bonorum suorum tres, quatuor aut plures bursas, quamlibet 65 Rhenensium, pro quantitate dicti residui. Obiitque fundator Mechliniae 19 julii 1607. Epitaphium extat Lyrae in choro laterali versus meridiem, ante altare sancti Spiritus, cum insignibus : HIER IS BEGRAVEN H. EN M. GOYVAERT VAN DEN BERGE, PRIESTER EN CANONICK DESER KERCKEN. STERF DEN 19 JULII 1607. BIDT VOOR DE SIELE. *Bursae VII vel VIII.*

61. *Barbara Van Heelen*, Diestensis, vidua Matthaei Van Dornen vel Doernen, ancilla collegii reliquit 11 octobris 1607 eidem collegio 60 Rhenenses annuos pro fabrica.

62. *Conradus Ottonis Bormans*, ab Asperen, S. T. licentiatus, primum pastor S. Petri Sylvaeducis, post canonicus graduatus et archipresbyter ecclesiae cathedralis sancti Joannis Evangelistae Buscoducensis, olim collegii majoris

theologorum alumnus et bursarius, obiit 15 februarii 1609. Reliquit reditum 200 florenorum Caroli pro duabus bursis, scilicet pro una bursa instituenda in collegio Adriani VI 100 florenos annuos, et 100 florenos annuos pro una instituenda in collegio majori theologorum (1). *Bursa I.*

63. *Adrianus De Meyer*, coadjutor in ecclesia et parochia sancti Germani Montibus Hannoniae. Obiit 4 julii 1611, relicta fundatione quatuor bursarum. Harum duae administrantur et recipiuntur per capitulum sancti Germani Montibus Hannoniae, et duae per abbatem sancti Adriani Gerardimontensis; estque horum receptura collegio extranea.

64. *Joannes Clarius*, Tungrensis, S. T. doctor etc., ex praeside collegii majoris factus primus praeses collegii Leodiensis. Obiit 22 augusti 1611. Praeter bursas duas, quamlibet 80 florenorum, in collegio Leodiensi, alias instituit in collegio majori theologorum (15 vel 16) pleni victus (qui tunc erat 52 florenorum vel circiter) tot, quot ferrent facultates fundationis.

Hanc fundationem auxit testamento suo anno 1635 dote 600 florenorum cambialium R. D. *Petrus Leonardi*, alias *Ruyters*, ortus ex pago Dilsen prope Stochem, ex vicepastore sancti Quintini Lovanii pastor in Neeroeteren, fundationi Clarianae unita 30 octobris 1653.

65. *Ludovicus De La Grange*, Havreti in Hannonia pastor, 27 julii 1613 fundavit bursam unam 52 florenorum. *Bursa I.*

66. *Theodoricus Planen*, Buscoducensis, natus circa 1544, S. T. baccalaureus formatus et notarius apostolicus, per 7 annos bursarius majoris collegii theologorum, inde 38 annos pastor proprietarius ecclesiae parochialis sancti Nicolai Angiensis, ab anno circiter 1571 ad annum circiter 1609, dum dimisit; erat anno 1614, 20 junii, aetatis suae anno 70°, residentiae Angiensis 43° anno. Obitus ignoratur.

(1) Voyez, dans SWEERTIUS, *Monumenta sepulcralia ducatus Brabantiae*, l'épitaphe de Conrad Ottonis Bormans. On trouve aussi des renseignements sur ce personnage dans SCHUTJES, *Bisdom 's Hertogenbosch*, III, p. 21.

Hic primum 6 decembris 1567, diaconus, artium magister, S. T. baccalaureus formatus et in collegio majori theologorum bursarius, sub praeside Cornelio Jansenio, quem suum tutorem nominat, transcripsit quosdam reditus acquisitos a testamento Simonis Planen in augmentum fundationis Simonis Planen et Gabrielis Vlierden. Item eadem die transcripsit eidem collegio majori reditum 40 florenorum Rhenensium pro divino officio per bursarios ejusdem collegii celebrando in festis majoribus anni; hancque dotationem anno 1611 auxit Jacobus a Castro, episcopus Ruraemundensis, ceperuntque bursarii haec divina officia celebrantes vocari canonici capituli beatae Mariae Virginis in Alba Longa. Dein 7 maji 1614 fundavit bursam unam 52 florenorum, relinquens pro hac redditus 67 florenorum et 13 stuferorum. *Bursa I.*

67. *Samuel Loyaerts*, Attenhovius, S. T. doctor et professor, ad sanctum Michaëlem Lovanii per annos 38 pastor, etc., obiit 13 septembris 1614, relicto reditu annuo 75 Rhenensium pro erectione bursae unius. Vide S. T. doctores. *Bursa I.*

68. *Petrus De Polleur*, presbyter et canonicus Amaniensis (Amay) prope Hoyum, Geldenaci (Jodoigne) residens, 17 februarii 1617 assignavit reditum annuum 78 florenorum et 2 1/2 assium pro fundatione unius bursae; obiitque fundator ante 5 februarii 1618.

69. *Gisbertus Van den Broeck*, alias *Paludanus*, Antverpiensis, presbyter, obiit 12 junii 1621, sepultus in divi Jacobi Antverpiae, ubi in choro meridionali dictae ecclesiae usque ad annum circiter 1808, dum pavimentum renovatum fuit, legebatur in lapide sepulcrali haec inscriptio : FELICI JUNGENDUM SPIRITUI | MAGNA ILLA DIE | HIC DEPOSUIT CORPUSCULUM | VENERABILIS PIUSQUE SACERDOS | D. GISBERTUS VAN DEN BROECK | DIE XII JUNII A° MDCXXI | LIBERALITATEM VIRI NOVIT | LOVANIUM | EXPERTA EST CUM SUIS | ANTVERPIA | TE SENTIAT FAVENTEM | PRECE | LECTOR. Reliquit pro 2 bursis redditus 152 florenorum erigendis in collegio Adriani VI; item reditus 152 florenorum pro 2 bursis in majori collegio theologorum. *Bursae II.*

70. *Antonius Bruynincx*, S. T. licentiatus, canonicus graduatus, et ex archipresbytero factus anno 1592 archidiaconus Sylvaeducensis, quondam bursarius collegii, praeter bursam, quae est in minori collegio, reliquit collegio majori pro fabrica medietatem domus cujusdam sitae Sylvaeducis. Obiit 13 junii 1623, condito testamento 11 decembris 1620 (1).

71. *Petrus Schoorman*, pastor in Melsele Wasiae, obiit 28 septembris 1623 relicto redditu 150 florenorum pro duabus bursis. Sepultus est juxta parentes suos in ecclesia de Melsele cum epitaphio : I I H S. HIER LIGGHEN BEGRAVEN THOMAS SCHOORMAN | STERF DEN 3 NOVEMBER ANNO 1599 | EN ADRIANA VAN DER LINDEN SYN HUYSVROUW | STERF DEN 21 NOVEMBER A° 1605 | VADER EN MOEDER VAN HEER PIETER SCHOORMAN | PASTOOR VAN DESER KERCKE | GEWEEST ONTRENT 25 JAEREN | ENDE IS GESTORVEN DEN 28SEPTEMBER A° 1623. | HIER BY SYNE OUDERS BEGRAVE.N | BIDT VOOR DE SIELEN.

72. *Claudius Verrydt*, Mechliniensis, filius Petri et Margaretae Van Heyst, baptizatus in ecclesia sancti Joannis 13 februarii 1558, per 12 annos alumnus et bursarius majoris collegii theologorum Lovanii, ubi in studiis maecenatem habuit eximium dominum Augustinum Hunnaeum, S. T. doctorem, S. T. licentiatus, canonicus et thesaurarius sancti Hermetis Rothnacensis et quondam ejusdem capituli decanus; adhaec pastor secundae portionis sanctae Walburgis Aldenardensis et decanus districtus Aldenardensis. Obiit Aldenardi 14 novembris 1623, in lecto repertus mortuus. Sepultus cum epitaphio : D. O. M. | ET | CLAUDIO VERRYDT | QUI PATRIA MECHLINIENSIS, STUDIO THEOLOGUS | GRADU LICENTIATUS, OFFICIO PASTOR | QUO FUNCTUS IN HAC ECCLESIA ANNIS XXXVIII | DECANUS ALIIS ETIAM PASTORIBUS PRAEFUIT | MUNIIS QUIBUS UT VACARET DILIGENTIUS | ABDICAVIT SE DECANATU CAPITULI ROTHNACENSIS | CONTENTUS DIGNITATE THESAURARII MINUS NEGOTIOSA | QUI BENEFICIIS USUS EST, UT BENEFACERET ALIIS | LOVANII IN GYMNASIO MECHLINIENSI SEU TRILINGUI | BURSAS STUDIOSAE POSTERITATI DECEM FUNDAVIT | QUATUOR ALIAS

(1) Voyez SCHUTJES, *Bisdom 's Hertogenbosch*, II, pp. 18-19.

IN MAJORI COLLEGIO THEOLOGORUM | QUOD CAETERORUM BONORUM HAEREDEM INSTITUIT | AESTIMANS ID APPRIME BONUM BONA LARGIRI DEO | ET DEI CULTUI DICANDAE JUVENTUTI | VIATOR ADPRECARE | DOCTOS INTER AETERNUM FULGEAT | QUI AD JUSTITIAM ERUDIENDIS SIC PRŌFUIT | VIXITQ PIE ATQ OBIIT | A° MDCXXIIJ XIIIJ NOVEMB. AETAT LXIX. (1) | NOVACULA ACUTA DOLUS.

Itaque praedictus dominus Claudius Verrydt die 8 maji 1609 donatione inter vivos fundavit bursam unam 52 florenorum. *Bursa I.*

Anno 1623, 14 septembris, donatione inter vivos, praeter bursas decem, quamlibet 90 florenorum, fundatas ea die in collegio Mechliniensi Lovanii, quod tunc temporis extabat in collegio trilingui, bursas duas vel tres fundavit in collegio majori theologorum, quamlibet 80 florenorum. *Bursae II vel III.*

Demum 7 septembris 1622, praeter varia legata diversis personis assignata et etiam haeredibus suis apparentibus et quibus in vita multa dedit, collegium theologorum majus instituit haeredem pro erectione fundationis ad opus bursarum 72 florenorum Rhenensium, distribuendorum sacrae theologiae studiosis; adeoque hoc titulo erectae sunt *bursae III.*

Effigies Claudii Verrydt est in collegio Mechliniensi cum inscriptione. Vide Paquot, *Mémoires*, éd. in-12°, XV, p. 134.

73. *Joachimus Tsjongers*, natus in Moll, canonicus sancti Petri Turnhouti et municipii Mollensis pastor, qui obiit Lovanii anno 1602, fundavit duas bursas, quamlibet verisimiliter 80 circiter florenorum. Huicque fundationi dein 30 maji 1623 domicella Catharina Tsjongers, praedicti Joachimi soror, vidua primum Petri Coenen, dum viveret, secretarii Mollensis, ac dein vidua magistri Joannis Lumoyen, necnon matris domini Joannis Coenen, S. T. licentiati, tunc temporis prioris monasterii Tongerloënsis, qui primum fuerat ad annum usque 1607 praeses collegii Praemonstratensis Lovanii, ac inde ad annum usque 1615 praepositus sancti Sulpitii

(1) « Legendum, dit Bax, aetatis LXIV.

Diesthemiensis, dum factus est prior, addidit seu fundavit tertiam bursam valoris circiter 80 florenorum; quos proventus sibi reservavit dicta fundatrix, quamdiu vixerit. Obiit Joachimus Lovanii, verosimiliter apud suum e sorore nepotem Joannem Coenen, praesidem collegii Praemonstratensis. Obiit Joannes Coenen, prior Tongerloensis, 3 julii 1629.

74. *Guilielmus Fabricius*, vulgo *Smith*, Noviomagus, S. T. doctor regens, collegii majoris praeses, in divi Petri Lovanii canonicus et librorum censor apostolico-regius, capituli decanus, etc., obiit 7 martii 1628, apoplexia correptus, relictis patrimonialibus bonis consanguineis suis; in residuo et iis, quae sua parcimonia, labore et industria acquisivit, collegium hoc haeredem instituit ad opus bursarum plenae mensae in favorem consanguineorum suorum, Neomagensium, Geldrorum locorumque vicinorum. *Bursae VII.*

75. *Henricus Smeyers*, Bruxellensis, S. T. licentiatus, collegii majoris alumnus, necnon collegii procurator, ab anno 1611 ecclesiae parochialis de Coudenberg pastor, ab anno 1618 in divae Gudulae Bruxellensis canonicus atque scholasticus, necnon librorum censor ab archiepiscopo Mechliniensi constitutus, obiit Bruxellis post 21 septembris 1629, relicto redditu 12 1/2 florenorum pro anniversario, missis et distributionibus. « Edidit, ait *Bibliotheca belgica*, p. 464, a se habitam *Orationem de D. Thoma Aquinate*. Brux. 1624, in-4°.

76. *Joannes Willems*, ex Woudrichem (Worcum in dioecesi Leovardiensi), natus circa annum 1550, presbyter, S. T. licentiatus, ecclesiae cathedralis Buscoducensis canonicus; adhaec per annos 15 persona Aldenardensis, ibidem resedit; inde ante 27 martii 1620 (erat tum aetatis 70 annorum) Trudonopoli ad sanctam Mariam canonicus et plebanus. Obiit ante 17 aprilis 1632, sed post 22 novembris 1622. Tres diversas bursas fundavit : primam, Buscoducensem dictam, pro studioso Buscoducensi, pro qua reliquit 12 februarii 1620 reditum 60 florenorum ad onus civitatis Buscoducensis; cumque brevi post civitas in potestatem Batavorum devenerit, hic reditus seu bursa interiit seu nunquam extitit;

secundam, Aldenardensem dictam, pro studioso Aldenardensi, pro qua destinaverat 27 martii 1620 reditum 96 florenorum ad onus civitatis Aldenardensis ; qui reditus cum brevi post non solveretur ex parte civitatis praedictae, haec bursa numquam exstitit, seu forte, vivente fundatore, interiit ; tertiam, Trudonensem dictam, quod ad illam bursam vocet studiosum Trudonensem ; pro qua 22 novembris 1624 deputavit reditum 89 florenorum ; estque haec unica bursa praedicti domini fundatoris, quae deinde extitit.

77. *Adrianus De Vare*, seu *De Vaere*, dictus *Varius*, natus in Meulebeke apud Flandros, S. T. licentiatus, ab anno 1584 cathedralis ecclesiae sancti Donatiani Brugis canonicus graduatus theologus provisus, possessionem non accepit. Factus eodem tempore canonicus graduatus theologus in cathedrali sancti Bavonis Gandavi, in possessionem missus est 1 junii 1584 in urbe Tornacensi, quo capitulum Gandense tempore tumultuum Flandricorum refugerat. Adhaec 26 octobris 1584, resignante seu vota solemnia emittente in abbatia sancti Petri in Monte Blandino Gandavi domino Cornelio Columbano Vrancx, poenitentiario necnon canonico graduato, factus est poenitentiarius. Eidem domino Vrancx etiam in praebenda graduata successerat. Factus est anno 1585 archidiaconus cathedralis Gandavensis ; ac demum anno 1599 ab Alberto et Isabella nominatus ad praeposituram sancti Bavonis Gandavi dignitatis hujus possessionem adiit 5 februarii 1600. Munus vicarii generalis dioecesis Gandavensis saepius gessit.

Praeter varia pia legata legavit collegio majori theologorum redditum 15 librarum Flandricarum annue pro bursa una. Obiit 1 februarii 1635. Cetera videsis in Hellin, *Histoire de l'église de Saint-Bavon*, I, pp. 84-85.

78. *Jacobus a Castro*, seu *Van der Borch*, alias *Bosius*, *Boys* seu *Boes*, Amstelodamensis, natus anno 1560 patre Gerardo Peterssen Van der Borch matre Anna Janssen de Boys collegii majoris praeses. Hic primum 9 maji 1611 fundationem Theodorici Planen, factam anno 1567 pro officio divino per bursarios ejusdem collegii celebrando in majoribus anni

festis, redditibus auxit valentibus annue 24 Rhenenses et 17 1/2 stuferos. Praeter bursam unam in collegio Standonico fundatam et pro qua ipse numeraverat 1200 florenos Brabanticos capitales, bursam aliam instituit in collegio majori, pro qua et ipse numeravit summam 1800 florenorum capitalium; ac dein testamento suo reliquit seu legavit eidem collegio theologorum reditum 50 dalerorum; cujus summa capitalis ascendebat ad 2000 daleros imperiales. *Bursae II.*

79. *Henricus Rampen*, Huensis Eburo, S. T. doctor et collegii majoris theologorum praeses, relictis bonis suis patrimonialibus suo ex fratre Petro nepoti Petro Rampen, acquisita et mobilia sua reliquit pro erectione fundationis in collegio; ex qua vult distribui septem bursariis, qui plenum victum aliunde habent, cuilibet 30 florenos annue, iis scilicet qui eminentiorem ceteris locum in artibus obtinuerunt et in festivitatibus officia solemnia in sacello collegii peragant cum iis, de quibus in fundatione Theodorici Planen et illustrissimi domini Jacobi a Castro; ex restanti vero proventuum seu reddituum conferri bursas pleni victus in collegio tot, quot ferunt vires dictae fundationis seu residui. Suntque *bursae IV vel V.*

80. *Arnoldus Van der Gheest*, Bruxellensis, S. T. baccalaureus formatus, presbyter, ad sanctum Petrum Lovanii canonicus, ab anno forte 1625 collegii Dalensis praeses, qui obiit verosimiliter anno 1643, reliquit capitale 2500 florenorum cambialium pro fundatione bursae in collegio majori theologorum. *Bursa I.*

81. *Petrus Coens*, Hallensis Hanno, filius Petri et Joannae Van den Berghe, S. T. licentiatus, ecclesiae cathedralis beatae Mariae Virginis Antverpiae canonicus, scholasticus et curiae episcopalis sigillifer, bursam unam plenam 80 florenorum pro capitali 1280 florenorum constituit in collegio majori theologorum anno 1632 et 1642; obiitque 7 augusti 1646. Vide Paquot, *Mémoires*, éd. in-12, VIII, p. 51.

82. *Joannes Legrand*, Athensis, filius Pauli et Julianae Marokin, anno 1602 in artibus promotus in prima linea ter-

tius, S. T. licentiatus, pastor et decanus Lessiniensis, obiit 19 septembris 1646, fundatis duabus bursis, qualibet 80 circiter florenorum. *Bursae II.*

83. *Guilielmus ab Atho (d'Ath)*, verosimiliter nativitate Athensis, filius Joannis d'Ath et Margaretae Foucart, S. T. licentiatus, presbyter, canonicus graduatus et archidiaconus Artesiae in cathedrali ecclesia Audomarensi, 14 januarii 1653 fundavit bursam unam, pro qua reliquit 1600 florenos capitales. Obiit... sepultus in ecclesia cathedrali sancti Audomari, prope sacellum sancti Joannis Baptistae. *Bursa I.*

84. *Libertus Fromondus*, vulgo *Froidmont*, Haccuriensis Eburo, S. T. doctor et professor sacrae Scripturae regius, ad divum Petrum Lovanii decanus et collegii Leodiensis praeses, etc.,obiit Lovanii 27 octobris 1653, aetatis anno 66°, relicta dote 6000 florenorum cambialium pro erigenda fundatione bursarum pleni victus seu 80 florenorum tot, quot ferunt vires fundationis. *Bursae III.*

85. *Gerardus Van Reyden*, ex majoratu Buscoducensi, forte e pago Woensel, vel Eindhoviensis, vel Oirschotanus (1), S. T. baccalaureus formatus, presbyter, canonicus collegiatae sancti Petri Oirschotani, necnon a 12 junii 1663 praebenda quinta cathedralis sancti Donatiani Brugis, olim in studiis theologicis majoris collegii alumnus, obiit Brugis 9 novembris 1663, relictis redditibus valentibus annue 331 florenos 17 1/2 stuferos huic collegio pro erectione fundationis bursarum pleni victus, uti fundationis Fromondi. *Bursae III.*

Reliquit similem fundationem in collegio Oratorii Domini Jesu Lovanii.

86. *Joannes Sinnigh*, Corcagiensis Hibernus, S. T. doctor regens, collegii majoris per viginti quinque annos praeses, obiit in hoc collegio 8 maji 1663, relictis haeredibus suis bonis patrimonialibus; residuum bonorum, quae ex praeben-

(1) Schutjes (*Bisdom 's Hertogenbosch*, II, p. 260) affirme que Van Reyden était natif d'Oirschot.

dis Lovanii, Brugis et Turnholti possessis sua parcimonia et industria in Belgio comparaverat, subtractis variis piis legatis et bursa una in collegio Standonico, collegio majori theologorum legavit, ut erigantur inde tot bursae pleni victus, quot ex iisdem erigi poterunt, in favorem consanguineorum suorum, item studiosorum Hibernorum et Lovaniensuum, Brugensium et Turhoutanorum. *Bursae IX vel X.*

87. *Nicolaus Cuylen*, ex Bladel, natus circa annum 1600, filius Joannis et Joannae Wys, filii Henrici Cuylen et Annae Hovelmans; qui Nicolaus Cuylen, fundator, erat pronepos Nicolai Cuylen seu Cuyl, viri nobilis Ultrajecto ad Rhenum oriundi, qui inservitio Regis Hispaniae, in tumultibus Batavis ex Hollandia in Tilborgh secessit, *voerende in syn waepen op rooden grond eenen silveren leeuw met vergulde clouwen ende vergulde tonge.* Presbyter, primum pastor in Bladel, inde pastor begginagii Turnhoutani, necnon ad sanctum Petrum Turnhouti canonicus et capituli decanus. Fundavit bursam unam vel plures, quamlibet 120 florenorum. Obiitque dictus Nicolaus Cuylen, fundator, 23 maji 1677, aetatis 77°, sepultus in ecclesia begginagii Turnholti ante gradus summi altaris cum sequenti epitaphio : D. O. M. | SEPULTURA R. ADMODUM D^ni D. NICOLAI CUYLEN QUI | FUIT CANONICUS ET DECANUS | COLLEGIATAE ECCLESIAE S. | PETRI TURNAUTI PER 27 | ANNOS ET HUJUS BEGGINASII | PASTOR PER 41 | ANNOS OBIIT AETATIS | SUAE 77° 23 MAJI 1677 | R. I. P.

88. *Andreas Laurent*, Goegniensis prope Rhodium Hannoniae, presbyter, S. T. doctor regens, catecheseos professor regius, collegiatae divi Petri Lovanii canonicus et cantor, collegii majoris praeses, qui obiit 13 maji 1673, praeter varia pia legata fundavit bursas tres pro humanistis studentibus Rhodii (*au Roeulx*); item bursas tres vel quatuor in collegio majori theologorum, et 100 florenos annuos lectori seu magistro exercitiorum in eodem collegio majori, et 100 florenos annuos procuratori collegii Bajani. *Bursae III vel IV.*

89. *Jacobus Bertrand*, Lobiensis, baptizatus 31 decembris 1617, filius Pauli et Mariae Le Mosnier, a 1 martii 1638

alumnus et bursarius majoris collegii, S. T. baccalaureus formatus, pastor et decanus Castiletensis, Leodiensis dioecesis, obiit circa 27 junii 1679, dum apertum et publicatum fuit ejus testamentum, quo fundat bursam unam plenam seu 100 florenorum.

90. *Remigius Du Laury*, toparcha de Wanfercée, S. T. et J. U. licentiatus, successive subregens Porci, ecclesiae cathedralis Namurcensis canonicus graduatus theologus, archipresbyter, archidiaconus, decanus et praepositus, ac postremo ab anno 1665 praepositus ecclesiae collegiatae Insulis (1), obiit 15 novembris 1681, aetatis anno 75°, et fundavit bursam unam 70 circiter florenorum in collegio Standonico, item 13 florenos et 12 asses pro capitulo vulgo de Alba Longa, et bursam unam in eodem collegio majori 46 florenorum. *Bursa I.*

91. *Henricus Ruidam*, Montensis, collegii quondam bursarius, pastor in Quenast in Hannonia, obiit 4 aprilis 1682, sepultus in choro ecclesiae de Quenast, fundatis tribus bursis, qualibet 95 florenorum.

92. *Lambertus Wasseige*, pastor in Liernuz, dioecesis Namurcensis (2), districtus de Hanret, obiit 25 februarii 1689, relicta dote 4104 florenorum pro fundatione bursarum duarum.

93. *Henricus Scaille*, Dionantinus, S. T. doctor regens, regius catecheseos professor et divi Petri Lovanii canonicus, collegii majoris theologorum praeses, qui obiit 15 maji 1689, fundavit bursas tres vel quatuor pleni victus.

94. *Henricus Struelens*, Bruxellensis, natus in parochia divae Gudulae 7 januarii 1635, presbyter et ecclesiae divi Nicolai Bruxellis vicepastor, reliquit 3000 florenos pro erigenda fundatione bursae unius. Obiit post 12 octobris 1689. Epitaphium in divi Nicolai Bruxellis.

(1) Voyez sur Remi Du Laury, *Analectes pour servir à l'histoire ecclésiastique de la Belgique*, XIV, pp. 217, 432, 437, 439 et 444.

(2) Liernu, dans le canton d'Eghezée.

95. *Joannes Baptista Van der Cammen*, Angiensis, filius Henrici et Elisabethae De Bocke, filiae Gisleni et Annae Papelin, S. T. baccalaureus formatus, presbyter, begginagii Arscotani pastor, relicta dote 2000 florenorum pro erectione fundationis unius bursae, obiit 12 decembris 1689, aetatis 57 annorum, sepultus Arscoti in ecclesia dicti begginagii cum epitaphio : D. O. M. | SEPULTURE | VAN DEN EERW. HEER JOANNES | BAPTISTA VAN DER CAMMEN S. T. B. F. | PASTOOR VAN DESEN HOVE 28 | JAEREN BESCHERMER DER SELVER | PRIVILEGIEN VERCIERDER EN | WELDOENDER DESER KERCKE | FONDATEUR VAN DIVERSCHE BORSEN | VOOR BEGGYNKENS ALHIER STERFT | DEN 12 DECEMBER 1689 AETAT. 57 | BIDT VOOR DE SIELE.

96. *Arnoldus Baken*, ex Overpelt, baptizatus 2 novembris 1603, duobus annis capellanus Hamonti, 22 annis pastor in Majori Breugel, et 28 annis pastor in Achel, patriae Leodiensis, fundatis binis bursis, obiit Hamonti 20 augusti 1694, aetatis 87°, sepultus ibidem cum epitaphio in ecclesia e regione summi altaris : HIER LICHT BEGRAEVEN DEN EERW. HEER ARNOLDUS BAKEN, GEBOORTIGH VAN OVERPELT, DEN WELCKEN HEBBENDE GEWEEST 2 JAEREN CAPPELLAEN TOT HAMOND, 22 JAEREN PASTOOR TOT GROOTEN BREUGEL, 28 JAEREN PASTOOR TOT ACHEL, IS GESTORVEN DEN 20 AUGUSTI 1694, OUD 87. R. I. P.

97. *Joannes Meirmans*, vel *Mermans*, Mollensis, filius Eustachii et Margaretae Vryck vel Verryck, presbyter, S. T. baccalaureus formatus, primum vicepastor ac dein pastor begginagii Turnholtani, fundavit bursam valoris circiter 90 florenorum. Obiit Turnholti 1 martii 1697, aetatis anno 67°, sepultus in dicto begginagio cum epitaphio : SEPULTURA | R. D. JOANNIS MERMANS S. T. B. F. | QUI HUIC BEGGINASIO | UT VICARIUS ET PASTOR | INSERVIVIT PER 33 ANNOS | MORTUUS ANNO 1697 1 MARTII | AETATIS SUAE 67. *Bursa I.*

98. *Gaspar Backele*, pastor in Moerseke in patria Teneramundana, fundavit duas bursas, quamlibet 120 florenorum, pro capitali 6000 florenorum. Videtur dictus fundator obiisse inter 27 julii 1707 et 12 augusti 1707. *Bursae II.*

99. *Joannes Baptista Ooms*, Gelensis, filius Henrici Ooms, medicinae doctoris in Universitate Patavina, et Elisabethae Claes, anno 1674 e Falcone 4us, 11 aprilis 1675 inscriptus albo theologorum in majori collegio, dein S. T. licentiatus, in seminario episcopali Gandae professor; hinc in cathedrali Gandavensi primum per biennium pastor, dein 20 novembris 1693 canonicus graduatus theologus, et 18 junii 1694 archipresbyter ejusdem cathedralis; adhaec fuit religiosis Capucinabus Gandae a sacris confessionibus. Testamento suo de 29 augusti 1702 sepeliri voluit in sacello Trium Magorum in dicta cathedrali, ubi posita haec inscriptio : JOANNES B. OOMS | S. T. LICENTIATUS | HUJUS EXEMPTAE CATHEDRALIS ECCLESIAE | PRIMUM PASTOR DEIN | CANONICUS GRADUATUS ET ARCHIPRESBYTER | SERVUS JESU CHRISTI HIC REQUIESCIT IN SPE | CUJUS ANIMA REQUIESCAT IN PACE | . Scripsit quaedam lingua flandrica, scilicet *Vitam beatae Mariae Virginis;* item *Theologie der deughden*, 2 vol. 4 (1).

Gelae agens apud fratrem suum, morbo correptus, scripsit codicillos 22 julii 1710. Juxta hos sepeliri vult in ecclesia primaria divo Amanda sacra, fundatque bursam pro qna relinquit capitale 3600 florenorum cambialium. *Bursa I.*

100. *Joannes Barry*, Corcagiensis Hibernus, filius Thomae et Joannae Sinnigh, sororis eximii domini Joannis Sinnigh, S. T. doctoris regentis et collegii hujus praesidis, bursarius quondam fundationis avunculi sui, anno 1670 e Porco 56us pastor ecclesiae beatae Mariae Virginis in Douza (Deynze?) dioecesis Gandavensis, et illius concilii seu districtus decanus, praeter varia legata et 12 florenos semel legatos capitulo beatae Mariae Virginis in Alba Longa, residuum bonorum, si quoddam sit, relinquit annectendum fundationi avunculi sui, distribuendum bursariis proximioribus consanguineis ultra bursam pro libris, vestibus, aliisque necessariis. Obiit fundator 11 decembris 1710.

(1) Voyez sur Jean Baptiste Ooms : KUYL, *Gheel vermaerd door den eerdienst der heilige Dimphna*, p. 391.

101. *Joannes Martinus Jeheniaux*, quondam pastor in Evrehaille et concilii Assessensis decanus, testamento suo 6 augusti 1719 fundavit tres bursas, quamlibet 120 florenorum; obiitque fundator ante 21 septembris 1718, qua die executores testamenti Franciscus, pastor d'Achenne (pastoratum dimisit ante 14 julii 1735, et obiit Dionanti 1738), Joannes et Nicolaus Jeheniaux, qui erant fratres fundatoris, fundationem in collegio constituerunt. Obiitque Franciscus supradictus ante 7 januarii 1738, qua die ejus testamentum ab episcopo principe Leodiensi approbatum et confirmatum fuit, tum modo obierant coelibes Joannes et Nicolaus suprascripti. Habuitque praedictus fundator sorores binas, scilicet Margaretam, nuptam domino Nicolao Le Vache, et aliam Heli, sive Elisabetham, quae coelebs obiit. *Bursae III.*

102. *Lambertus Hulin*, Bruxellensis, capellanus sacelli regii Bruxellensis et ad divum Petrum Lovanii canonicus, 29 octobris 1718 ex dote 3000 florenorum erexit fundationem bursae unius. Obiit 1 februarii 1722. *Bursa I.*

103. *Andreas Hemerick*, ex Cortemarck, districtus Tourhoutani, anno 1680 e Lilio 20us, presbyter et quondam vicepastor in Adeghem, districtus Ardemburgensis, fundavit bursas duas ex dote 2057 florenorum et 3 assium cambialium. Obiit fundator sub finem anni 1731 vel initio 1732.

104. *Laurentius Colen*, quaestor perillustris ordinis Teutonici, fundavit bursam unam. Pro dote ejus haeredes 23 maji 1732 numeraverunt 3600 florenos cambiales. *Bursa I.*

105. *Joannes Franciscus Stoupy*, Thudiniensis, S. T. doctor regens, collegii majoris praeses, qui obiit 15 novembris 1736, fundavit ex bonis acquisitis Lovanii bursas duas, tres aut plures secundum vires dictae suae fundationis.

106. *Joannes Baptista De Smet*, ex Lokeren Wasianus, anno 1694 in artibus e paedagogio Castri primus, dein successive subregens et philosophie professor in Castro, S. T. licentiatus, ad divam Gudulam Bruxellis plebanus, canonicus graduatus theologus Mechliniae, et seminarii archiepiscopalis

ibidem praeses, metropolitanae poenitentiarius, episcopus Iprensis, dein Gandavensis. Obiit 27 septembris 1741, aetatis 67 annorum. Pro fundanda bursa una necnon anniversario celebrando in sacello collegii reliquit 6000 florenos cambiales.

107. *Bertrandus Fontaine*, pastor in Froidlieu sub ducatu Luxemburgensi, obiit 2 januarii 1747. Fundavit tres bursas, quamlibet 50 pataconum, unam nempe in collegio majori theologorum, alteram in minori, et tertiam in Standonico. *Bursa I.*

108. *Petrus De Vos*, ex Waerschoot, dioecesis Gandavensis, districtus Everghemiensis, filius Petri et Josinae Van Speybrouck, anno 1712 in artibus e paedagogio Falconis secundus, factus 26 novembris 1720 S. T. licentiatus. Fuit lector in oratorio Aspricollensi et in collegio Adriani VI; dein in collegiata sancti Hermetis Rothnaci canonicus etc. Obiit 23 decembris 1751. Donatione inter vivos erexit in collegio majori bursam unam plenam aut plures; cujus fundationis dos ascendebat ad 7200 florenos cambiales. *Bursae II.*

109. *Natalis Du Bois*, ex My Durbatensis in provincia Luxemburgensi, majoris collegii theologorum annis 21 praeses, obiit 17 julii 1756. Bonis patrimonialibus familiae suae relictis, acquisita Lovanii reliquit in erectionem fundationis bursarum duarum in favorem consanguineorum suorum et aliorum natorum in patria Luxemburgensi, Stavelot et Leodiensi trans Mosam versus Luxemburgum et Stavelot. Residuum distribui voluit in bursas 100 florenorum pro theologiae studiosis in majori collegio. *Plenae bursae II, minores bursae XX.*

110. *Joannes Franciscus Borrens*, ex Heyst op den Berg, anno 1702 e Lilio 28[us], primum per annos 15 pastor in Wortel, districtus Hoogstratani; hujus fuit etiam landecanus, inde pastor beginagii Lirani annis 33. Obiit 15 octobris 1760. Reliquit 3000 florenos cambiales pro erectione fundationis, pro una bursa. Sepultus est in choro ecclesiae begginagii Lirani cum epitaphio : D. O. M. SEPULTURE VAN DEN EERW. HEER

FRANCISCUS JOANNES BORRENS, LANDTDEKEN EN 15 JAEREN PASTOR IN WORTEL; HIER NAER 33 JAEREN PASTOR VAN DESEN HOVE. OUDT 81 JAEREN STERFT DEN 15 8ber 1760. R. I. P.

111. *Joannes Van der Auwera*, ex Putte, dioecesis Mechliniensis, collegii majoris praeses, qui obiit 12 maji 1783, legavit collegio 15000 florenos cambiales pro erectione fundationis duarum aut trium bursarum, anniversario etc. *Bursae II vel III.*

État actuel des revenus des fondations annexées autrefois au grand collège des théologiens, dit du Saint-Esprit (1).

A. *Fondations administrées par la commission provinciale.*

Fondateurs.	Revenus. Frs	Ces
1. Auwera (Jean Van der)	252	16
2. Baken (Arnold)	684	97
3. Barry (Jean)	154	98
4. Beke (Chrétien de)	sans revenus	
5. Bertrand (Jacques), et Laury (Remi Du) . . .	170	96
6. Colen (Laurent)	112	09
7. Danielis (Gisbert); Willems (Jean), et Borght (Jacq. Van der) dit a Castro	136	90
8. Roy (Jean Van)	63	70
9. Scaille (Henri)	362	92
10. Schoorman (Pierre)	147	38
11. Tsjongers (Joachim et Catherine)	590	01
12. Vaddere (Jean De), et Waeffelaers (Dorothée) .	10	89

B. *Fondations administrées par le bureau du séminaire de Malines.*

Fondateurs.	Revenus. Frs	Ces
1. Fondation primitive	6253	91
2. Fonds connus sous le nom de *Fabrique* et d'*Économie*.	1467	68

(1) Dans ce tableau nous indiquons les revenus actuels des anciennes fondations d'après le compte de l'année scolaire 1876-1877.

	Frs	Ces
3. Personnat de Schyndel	4019	36
4. Distributions	535	23
5. Ath (Guillaume d').	148	75
6. Backele (Gaspar)	173	03
7. Bailleul (Gilles de).	36	94
8. Berghe (Godefroid Van den)	810	66
9. Bois (Noël Du)	2507	43
10. Bonhomme (Jean)	112	26
11. Brants (Jean)	255	30
12. Broeck (Gisbert Van den)	126	25
13. Cammen (Jean Baptiste Van der)	36	56
14. Carondelet (Jean)	50	45
15. Clarius (Jean)	1995	56
16. Coppyn (Nicolas)	86	80
17. Cortrel (Pierre)	70	49
18. Cothem (Jacques De)	23	49
19. Cuylen (Nicolas)	428	15
20. Duyfkens (Jean)	165	57
21. Erkenbroeck (Martin Van)	76	68
22. Fontaine (Bertrand)	211	54
23. Froidmont (Libert)	782	45
24. Gheest (Arnold Van der).	150	69
25. Ghiselin (Gilles)	88	06
26. Grange (Louis De la)	136	65
27. Grimbergen (Henri), et son épouse Marguerite Meeus	92	93
28. Hamel (Jean Van); Mera (Gérard de), et Borrens (J. F.)	49	67
29. Hugonis (Corneille)	34	23
30. Hulin (Lambert)	129	55
31. Jeheniaux (Jean-Martin)	133	26
32. Kinschot (Gaspar), et Ruidam (Henri)	84	72
33. Latomus (Jean)	73	22
34. Laurent (André)	701	16
35. Legrand (Jean)	67	58
36. Loyaerts (Samuel)	122	22

	Frs	Cts
37. Ooms (Jean Baptiste)	439	81
38. Ottisonis (Conrad)	43	31
39. Planen (Simon)	106	68
40. Planen (Thierri)	131	72
41. Rampen (Henri)	1195	63
42. Reyden (Gérard Van)	739	93
43. Rycke (Louis De)	338	62
44. Rymaers (Rombaut); Rosemondt (Godescalc); Seuntjens (Siger); Lambrechts, alias Lammens (Antoine); Stercke (Louis); Polleur (Pierre De), et Mermans (Jean)	177	80
45. Sinnigh (Jean)	2031	57
46. Smet (Jean De)	337	43
47. Smith dit Fabricius (Guillaume)	599	04
48. Struelens (Henri)	285	59
49. Tapper (Ruard)	160	77
50. Vaere (Adrien De)	401	12
51. Varenacker (Jean); Hoya (Jean De); Ravesteyn (Josse); Jansenius (Corneille), et Hemeryck (André)	138	74
52. Vlierden (Gabriel)	649	81
53. Vos (Pierre De)	60	59
54. Verrydt (Claude)	731	87
55. Wasseige (Lambert)	394	19

On trouvera de plus amples détails sur l'état actuel de ces fondations dans le *Recueil des fondations de bourses d'études existantes en Belgique*, Bruxelles, 1867; vol. in-8°, et dans les *Rapports triennaux sur les fondations de bourses d'études présentés par M. le Ministre de la Justice à la Chambre des représentants*. Le dernier rapport publié a pour objet les années 1875, 1876 et 1877. Nous ferons toutefois remarquer que, bien qu'officiels, ces documents renferment de nombreuses erreurs. Les noms de famille y sont souvent estropiés, et les prénoms complètement changés.

Extraits des actes du chapitre dit de Notre-Dame in Alba Longa, établi à la chapelle du grand collège de Saint-Esprit.

Thierri Planen, de Bois-le-Duc, bachelier formel en théologie et notaire apostolique (1), donna, le 6 décembre 1567, au grand collège du Saint-Esprit, une rente de 40 florins du Rhin, pour être distribuée chaque année aux étudiants du collège qui fréquenteraient les offices divins célébrés dans la chapelle de l'établissement aux principales fêtes de l'année. Cette fondation fut définitivement organisée le 12 mars 1606, et non pas le 9 mai 1611, comme il est dit ci-dessus, p. 171 (2), par Jacques a Castro, alors président du collège et promu plus tard à l'évêché de Ruremonde. On lui donna la forme d'un chapitre collégial, dont les membres portaient le nom de chanoines et étaient obligés de faire solennellement le service divin dans la chapelle du collège aux grands jours de fête. Ce quasi-chapitre, *quasi capitulum*, prit, nous ne savons pas pour quelle raison, le nom de *capitulum beatae Mariae Virginis in Alba Longa*.

Dans la suite, de nouvelles donations vinrent augmenter les revenus du chapitre ainsi que le nombre des chanoines. Une des plus importantes fut celle du président Henri Rampen.

La bibliothèque de l'Université de Louvain possède, sous le n° 112 des manuscrits, les actes de ce chapitre. Ils forment un volume in-folio, avec le titre imprimé :

(1) Voyez sur Thierri Planen ci-dessus, p. 190.

(2) Bax a confondu l'organisation et la dotation du chapitre faites par Jacques a Castro. Cette dernière est du 9 mai 1611; voyez l'acte de dotation ci-dessous p. 215.

Origo et acta capituli B. Mariae Virginis in Alba Longa. Item registrum benefactorum et beneficiorum in eamdem ecclesiam B. Mariae Virginis collatorum. Lovanii, M. D. C. VIII. In gratiam ejusdem capituli Ioannes Masius impressit. Les procès verbaux des séances, tenus assez irrégulièrement, sont souvent rédigés de mémoire bien longtemps après la réunion. De plus, ils présentent un grand nombre de lacunes. Nous en donnons ici des extraits et des résumés. Les extraits sont placés entre guillemets.

1. « *Origo seu ratio instituendi capituli sanctae Mariae in Alba Longa.* Sacri studii theologici sectatoribus propositum esse debet omnem, quam suo labore acquirunt, scientiam in Ecclesiae Christi utilitatem dirigere. Quapropter expedit eis sic difficultatibus perscrutandis incumbere, ut etiam divinis officiis celebrandis assuescant. Neque enim docendi sunt homines tantum, ut quae ipsos scire convenit, non ignorent, sed et variis occasionibus excitandi atque inducendi, ut quae didicere, non negligant. Fit autem hoc tum modis aliis, tum etiam non mediocriter pulchro ordine et honesta divini officii gravitate. Haec enim non rudem solum plebeculam, sed et honestissimum quemque, ad Ecclesiam alliciunt, orationem excitant, accendunt devotionem. Quae cum ita sint, ut ex sacrae theologiae gymnasio, quod sancto Spiritui sacrum est, fructus uberior redeat ad Ecclesiam Dei, recte nos facturos existimavimus, si in sacello nostro, quo ad orationem, sacrificium atque divini officii aliquas partes decantandas convenitur, certum ordinem institueremus, ut quae illic ad divini nominis gloriam nostramque ipsorum exercentur utilitatem, decentius atque ordinatius peragantur. Ceterum, cum id vix fieri queat, nisi in diversos diversa distribuantur officia, ut, dum suo quisque intendit muneri, nemo gravetur, atque inter omnes conservetur gratissima Deo concordia, commodissimus ordo visus est, ut quod in ecclesiis colle-

giatis fit ex fundatione, nostri studiosi imitarentur ex spontanea charitate, atque erigeremus inter nos formam quamdam capituli canonicalis, quo sub directione praepositi atque decani canonici aliquot, ecclesiasticis officiis addictiores, praecipue ordini ac decori officii divini intenderent, ceteris interim collegis minime exclusis, sed ipsorum exemplo magis provocandis. Magis etiam placuit hujuscemodi ordinem jam constituere, quod jam compertum habeamus post paucos annos instituendum fuisse, propterea quod ex nunc certi reditus ordinati sint, qui post mortem cujusdam boni viri, hujus collegii quondam alumni (1), inter sacelli nostri canonicos, quando divinis officiis intersunt, erunt distribuendi. Ne vero hujus capituli occasione in collegio, vel in ipso etiam capitulo aliquid geratur inordinate, visum fuit, ut dominus praesidens collegii pro tempore existens perpetuus sit capituli praepositus, ut ab ejus principali directione perpetuo dependeant omnia; decanus vero communibus canonicorum suffragiis eligatur; qua via etiam assumantur canonici, quoties aliquem recedere contigerit. Sint quoque praeter praepositum atque decanum aliae capituli dignitates, scilicet pastoris sacelli, cantoris, thesaurarii atque scholastici; quae obtineri possint sive a canonicis sive non canonicis, prout praeposito maxime videbitur expedire; ad eum enim pertinebit harum dignitatum libera institutio ex causis animum ipsius moventibus. Cantoris tamen dignitas absque incommodo permitti potest communibus canonicorum suffragiis. Quando autem harum dignitatum possessores non erunt canonici, in capitulo vocem electivam non habebunt, etiamsi possint, consentientibus dominis praeposito et decano, deliberationibus et consultationibus interesse. Matricularii vero et secretarii erunt officia a non canonicis occupanda.

» Porro cum hoc capitulum institutum sit ad exsolvendum debitum honorem Deo nostro Spiritui sancto, atque adeo toti sanctissimae Trinitati, patronam eligimus, quae nos sanctissimae Trinitati commendet, gratissimam ipsius majestati

(1) Thierri Planen, de Bois-le-Duc.

gloriosam Dei matrem Mariam; cujus auspiciis confidimus hunc nostrum qualemcumque conatum sperato fine non esse frustrandum. Et quia hoc institutum in nullius vergit injuriam et nemini facit praejudicium, sed conventio tantum est honestius ordinatiusque colendi Deum, rogatos cupimus omnes, ut haec coepta non solum non impediant vel aspernentur, sed promoveant potius, atque ope, auxilio vel pio saltem favore prosequantur. »

2. « *Erectio praefati capituli et prima congregatio.* Anno a Nativitate Domini millesimo sexcentesimo sexto, indictione quarta, die vero duodecima martii, pontificatus sanctissimi in Christo patris et domini nostri, domini Pauli divina Providentia papae quinti anno secundo, eximius dominus ac magister noster Jacobus a Castro, Amstelaedamensis, praesidens majoris collegii theologorum in alma Universitate studii generalis oppidi Lovaniensis, et seniores ejusdem collegii alumni specialiter congregati, praehabita matura deliberatione de iis rebus, quae ad divini cultus augmentum et ecclesiastici officii in ejusdem collegii sacello cantari soliti gravitatem et dignitatem facere possent, unanimiter concluserunt opportunum et expediens videri, ut capitulum quasi quoddam erigeretur, prout in praemissis literis originis latius patet. Itaque cum praefatus eximius dominus praesidens sibi, ut par erat, suisque in praesidentia successoribus superintendentem toti capitulo perpetuam praeposituram reservasset, e toto alumnorum ejusdem collegii numero duodecim assumpsit collegas et canonicos sequentes :

Gregorium Van der Gheest, Lovaniensem;
Joannem Sauvaige, Atrebatensem;
Petrum Langritium, Becanum;
Joannem Silvortium, Mechliniensem;
Theodorum Hautaeum, Angiensem;
Joannem Wachtelaer, Ultrajectensem;
Andream Le Waitte, a Brania Comitis;
Antonium Vossium, Ultrajectensem;
Guilielmum d'Ath, Athensem;

Nicolaum Rocourt, Leodiensem;
Sebastianum Hustinum, Leodiensem;
Martinum Princeps, a Brania Comitis.

« Electis porro canonicis, fecit dominus praesidens et praepositus potestatem e suo gremio quempiam unum eligendi in decanum. Itaque, datis de more suffragiis, Deo adspirante et communibus votis electus est in decanum venerabilis dominus Petrus Langritius, Becanus. In notarium vero capituli adscitus est plurimorum votis Philippus Zoerendonck, Sylvaeducensis. Quibus ad extremum peractis, canonici decano bene precati huic primae capitulari congregationi finem imposuerunt. »

3. *Acta sub decano Petro Langritio.* 9 *julii* 1606, recedit e collegio Joannes Sauvaige, canonicus et pastor ejusdem collegii, eique in utrumque officium communibus canonicorum suffragiis succedit Rumoldus Soetmonts.

14 *septembris* 1606, in locum Wachtelaer eligitur Judocus Bouckaert, Brugensis.

21 *octobris* 1606, Joannes Vasseau, Tornacensis, eligitur in locum Van der Gheest, qui discesserat e collegio 18 octobris, constitutus lector in monasterio Everbodiensi. Vasseau nominatur cantor capituli.

Mense octobri 1606, Theodorus Hautaeus, Angiensis, discedit ad pastoratum Aspricollensem; nunc vero residet Angiae, ejusdem urbis pastor. In ejus locum eligitur Theodorus Le Mueau, Ultrajectensis.

3 *aprilis* 1607, discedit Petrus Langritius, capituli decanus, sacrae theologiae laurea insignitus et ad personatum Aldenardensem ab archiducibus Alberto et Isabella promotus.

5 *aprilis* 1607, eligitur in decanum Andreas Le Waitte, et in canonicum Joannes Arboreus, Lyropius.

4. *Acta sub decano Andrea Le Waitte.* 8 *maji* 1607, statuta et conclusa sunt sequentia : Illud imprimis : Ut in sacello omnia, quae ad officium divinum spectant, quo meliori possent ordine, peragerentur, visum est prorsus expedire, ut dies certi

secernerentur atque a se invicem distinguerentur, quibus reverendus dominus praepositus, quibus venerabilis dominus decanus, quibusque dominus pastor ex officio celebraret.

In magistrum caeremoniarum electus est Sebastianus Hustinus.

22 *aprilis* 1607, discedit Martinus Princeps, S. T. baccalaureus formàtus et canonicus Nivellensis. In ejus locum eligitur Philippus Zoerendonck.

20 *augusti* 1607, Joannes Gelkens, Sylvaeducensis, eligitur in locum Joánnis Silvortii, promoti ad pastoratum in Hautem sancti Livini.

1 *septembris* 1607, discedit Andreas Le Waitte, decanus, S. T. baccalaureus formatus, promotus ad pastoratum sancti Mauritii Insulis; et in ejus canonicatum succedit Everardus Wachtelaer, Bergeyckanus, S. T. baccalaureus.

4 *septembris* 1607, eligitur in decanum Sebastianus Hustinus, S. T. baccalaureus formatus, et in magistrum caeremoniarum Philippus Zoerendonck.

30 *septembris* 1607, discedit ad Urbem et Universitatem Parisiensem Joannes Vasseau, S. T. baccalaureus formatus.

5. *Acta sub decano Sebastiano Hustino. Anno* 1608, in locum Joannis Vasseau eligitur canonicus Henricus Heymbeck. Item Petrus Reisingius constituitur notarius, et Jacobus Mombaerts, Sylvaeducensis, thesaurarius.

Eodem anno, discedente Antonio Vossio ad regentiam Falconis, eligitur Joannes Vasseau, qui redierat ex Urbe et Universitate Parisiensi. Sed brevi post hic iterum recedit adscriptus in numerum sacellorum altaris in aula serenissimorum principum Belgii Bruxellis, eique succedit Antonius Peper, Angiensis.

25 *maji* 1608, concludunt canonici ex omnibus festis beatae Mariae Virginis unum eligendum, quod speciali solemnitate perageretur, et eligunt festum Assumptionis.

Circa idem tempus discedit Henricus Heymbeck, Bruxellensis, S. T. baccalaureus formatus, qui post discessum sigillum in aere sculpi suis sumptibus curat Bruxellis, quod dein capitulo transmittit.

16 *junii* 1608, discedente Nicolao Rocourt ad curam ecclesiae sancti Thomae Leodii, eliguntur in hujus et Henrici Heymbecki locum Jacobus Adriani, Sylvaeducensis, S. T. baccalaureus formatus, capituli thesaurarius, et Joannes Huberti, Montensis, S. T. baccalaureus.

Mense octobri 1608, Rumoldo Soetmonts dimittenti collegii pastoratum substituitur Philippus Zoerendonck, Sylvaeducensis, capituli canonicus.

Mense martio 1609, discedit Joannes Arboreus, S. T. baccalaureus formatus, primum pastor in pago Hoesbeckano, et dein lector in monasterio Sonnebeckano.

7 *maji* 1609, discedit Guilielmus d'Ath, Athensis, S. T. baccalaureus formatus, migrans ad Falconem, ut philosophiam profiteatur.

16 *junii* 1609, discedunt : 1° Philippus Zoerendonck, S. T. baccalaureus formatus, qui, desiderio salutis animarum incensus, cum esset cathedralis ecclesiae Sylvaeducensis canonicus, postposita residentia sua, suscepit curam parochiae de Dunghen ; 2° Joannes Gelkens, Sylvaeducensis, S. T. baccalaureus formatus, tendens Duacum studia completurus et linguae Gallicae operam navaturus.

Eodem die ad canonicatus vacantes eliguntur : 1° Henricus Smeyers, Bruxellensis, S. T. baccalaureus formatus ; 2° Petrus Renart, Ultrajectensis, S. T. baccalaureus formatus ; 3° Petrus Reisingius, Gestelius, S. T. baccalaureus formatus ; et 4° Carolus Gelluy, religiosus monasterii sancti Nicolai de Pratis Tornacensis.

28 *junii* 1609, recedit e collegio Judocus Boeckaert, S. T. baccalaureus formatus, qui, cum Lovanii studiorum causa residens in pago Pellenberg saluti animarum operam impendisset, et in ipso insuper procuratoris officium magna cum laude peregisset, ab archiepiscopo Mechliniensi Mathia Hovio assumptus est ad curam ecclesiae Aspricollensis (1).

(1) Postea a serenissimo principe Ferdinando, Hispaniarum infante, ad dignitatem episcopalem Iprensem in locum Cornelii Jansenii suffectus est anno 1646. *Note du manuscrit.*

29 *junii* 1609, Judoco Boeckaert, canonico, succedit Petrus Picqueri, Montensis, S. T. baccalaureus formatus.

6 *julii* 1609, recedit e collegio Theodorus Le Mueau, Ultrajectensis, S. T. baccalaureus formatus, ad lecturam monasterii Grimbergensis et pastoratum in Humbeek.

11 *septembris* 1609, discedit frater Carolus Gelluy, canonicus regularis monasterii de Pratis Tornacensis.

20 *octobris* 1609, assumuntur in canonicos Arnoldus de Ronsse, Cerviensis, et Joannes Rollier, Montensis.

27 *aprilis* 1610, congregatio capituli instituitur sub praesidentia Jacobi a Castro, Ruraemundensis episcopi designati, collegii praesidis. In ea Sebastianus Hustinus decanatu se abdicat, reservato tamen sibi canonicatu. Eligitur pastor collegii Arnoldus de Ronse, Cerviensis, S. T. baccalaureus formatus; et decanus Henricus Smeyers, S. T. baccalaureus formatus; dein assumitur ut magister caeremoniarum Petrus Picqueri, S. T. baccalaureus formatus; demum deputantur tanquam acolythi Michaël de Brabant, Montensis, et Guilielmus Bollognino, Antverpiensis.

8 *junii* 1610, Sebastianus Hustinus, S. T. baccalaureus formatus, qui, antequam canonicus capituli in Alba Longa eligeretur, multo tempore sacro ministerio vacaverat in Heverlé, discedit, ut curam parochialem suscipiat pagi de Bra Gallica prope Leodium; sed, negotio pro voto non succedente, ab subregentiam Castri revertitur; in quo officio postea S. T. lauream suscipit.

14 *junii* 1610, discedit ad pastoratum Rodanum Everardus Wachtelaer, Bergeyckanus, canonicus et scholasticus, S. T. baccalaureus formatus (1).

6 *julii* 1610, discedit Rumoldus Soetmonts, S. T. baccalaureus formatus, canonicus et pastor, qui, postquam apud parochum Leefdalensem coadjutorem egerat, ad curam de Malderen et Lippeloo promovetur.

8 *julii* 1610, discedit ad regendam curam de Alem Jacobus Mombaerts, Sylvaeducencis, S. T. baccalaureus formatus,

(1) Obiit ibidem 28 decembris 1610. *Note du manuscrit.*

canonicus et thesaurarius, qui Lovanii residens sacri ministerii officia in Pellenbergh exercuerat.

6. *Acta sub decano Henrico Smeyers.* 30 *julii* 1610, praesidente domino Jacobo a Castro, Ruraemundensi episcopo designato, collegio praeside, eliguntur in canonicos : 1° Gerardus a Lapide, Peltanus, S. T. baccalaureus formatus; 2° Andreas Moulleron, Tornacensis, S. T. baccalaureus formatus, capituli cantor; 3° Joannes Boucquel, Atrebatensis, S. T. baccalaureus formatus; et 4° Christianus De Backer, Antverpiensis, capituli matricularius et versicularius.

Eodem die, Antonio Peper, Angiensi, resignanti, in canto-ratu substituitur Leo Quercetanus, Tornacensis. Demum in locum Jacobi Mombaerts thesaurarius constituitur Joannes ab Angelis, Sylvaeducensis, S. T. baccalaureus formatus. Item in locum Christiani De Backer versicularius eligitur Joannes Stalpaert, Antverpiensis.

22 *januarii* 1611, concluditur « officium dulcissimi Nominis Jesu, fundatum mense decembri 1607 per Barbaram Van Helen, solemniter celebrandum esse ipsa dominica 15ª januarii (qua in ecclesia praedictum festum secundum officium Romanum celebratur) sequente, aut ea ipsa dominica, si dicta 15ª januarii dies in ipsam incidere contigerit, nisi festivitas aliqua aut legitimum impedimentum statuta die interveniat. »

8 *maji* 1611, discedit Joannes Huberti, S. T. baccalaureus formatus, ad pastoratum in Fraen.

7. *Nouvelle dotation du chapitre faite le* 9 *mai* 1611, *par Jacques a Castro, évêque de Ruremonde.* « Ad fovendum sacrae theologiae studiosos non tantum in acquisitione scientiae sacrae, verum etiam in virtute religionis, qua non interioribus tantum verum etiam exterioribus actibus honor Deo defertur, et multis simul ad divinas laudes convenientibus, provocantur et charitati divinae conformes affectus etiam inferiores excitantur, instituto in majoris collegii theologorum (1) (quod beatae Mariae in Alba Longa placuit appellari)

(1) Le mot *sacello* semble devoir être suppléé en cet endroit. Le copiste l'a, sans doute, omis par mégarde.

quasi quodam capitulo, visum est mihi non ingratum futurum et Deo ipsi et Deiparae Virgini, si pro nonnullis festivitatibus celebrandis canonicos ejusdem capituli pecuniaria aliqua distributione honorarem. Festa autem haec sunt, in quibus ejusdem capituli praeposito officium in ejus erectione assignatum est, nempe Paschae, Pentecostes, venerabilis Sacramenti, Assumptionis beatae Mariae, Omnium Sanctorum et Natalis Domini. Assigno autem cuilibet horum festorum quatuor florenos distribuendos hoc modo : Praepositus, si per se officium facere dignatus fuerit, accipiet pro primis vesperis duos stuferos, pro matutino cum laudibus quatuor stuferos, pro missa supra stipendium ex parte collegii assignatum duos stuferos; item pro secundis vesperis duos stuferos; id est simul decem stuferos. Decanus accipiet in primis vesperis unum stuferum cum medio, in matutino cum laudibus tres stuferos, in missa unum stuferum cum medio, in secundis item vesperis unum stuferum cum medio; simul septem stuferos cum medio. Duodecim canonici singuli in matutino cum laudibus duos stuferos, in missa autem et in primis ac secundis vesperis unum stuferum; simul quinque stuferos. Quae distributio pro sex festivitatibus per annum ascendit in singulis festivitatibus ad tres florenos septemdecim stuferos cum medio; unde duo cum medio stuferi, qui supersunt ex quatuor florenis, cedent diacono ac subdiacono, qui in missa ministraverint, etsi forte non sint canonici, singulis unus stuferus; medius autem stuferus cedet acolythis.

« Ut vero hi sumptus haberi possint, cedo, relinquo, dono, omnibus quibus possum modis melioribus, donatione inter vivos, sive etiam causa mortis, quin etiam, si opus est, per modum legati irrevocabilis, nisi specialis ejus mentio fiat in testamento aliquo postea concedendo; ita ut generalem revocationem omnis dispositionis antea factae cupiam in hac dispositione effectum non sortiri, vel quocumque alio modo possibili; cedo, inquam, relinquo, dono, lego majori collegio theologorum ad opus praedicti quasi capituli et canonicorum in Alba Longa sequentes reditus, quos pecuniis meis propriis et proprio labore ac parcimonia acquisitis comparavi :

« Primo reditum duodecim florenorum et decem stuferorum annue, quem emi ad Jacobum Michiels, fabrum murarium, super personam ejus; et est facta adductio ad domum ejus in et ad villam et bona ejus in Nodebasio.

» Secundo reditum novem florenorum et septem cum medio stuferorum ad Joannem et Paulum De Ridder certaque eorumdem bona.

» Tertio reditum trium florenorum ad Joannem Rabbaert, calciarium e regione collegii; et est facta adductio ad domum ejus dictam *De Lupaert*.

» Si praepositus officio per se non fungatur in dictis festivitatibus, supplebit locum ejus decanus, et loco stipendii sibi assignati, habebit tantum quantum praeposito fuerat assignatum; et stipendium, quod pro sua praesentia erat habiturus, impendetur in eumdem usum, cui reliquae absentiae cedent. Si tamen praepositus non fungens officio saltem praesentia sua divinum officium honorare dignabitur, habebit distributionem, quam habiturus erat, qui ejus loco fungetur officio.

» Praesentia canonicorum absentium reservabitur in aerario capituli, ut, si contingat interdum aliquos reditus tempestive non solvi, ex parte saltem inde suppleatur defectus. Atque ad eumdem finem etiam in aerario reponentur illi septemdecim cum medio stuferi, qui ex assignatis reditibus ultra supradictam distributionem quotannis supersunt.

» Receptio et administratio horum redituum erit penes decanum capituli pro tempore existentis, qui, accepta a praeside collegii quitantia, curam habebit, ne redituum solutio negligatur; receptam vero pecuniam tradet thesaurario capituli modo supradicto distribuendam.

» Porro hac mea tenui donatione, quae affectus potius quam potestatis est testis, illud unum postulo, ut, dum vixero, celebrans in hisce festivitatibus mei memoriam faciat in *Memento* pro vivis, et post mortem meam in *Memento* pro defunctis. Quod si eo die id oblitus fuerit, ut contingit interdum, suppleat proximo sacrificio ab eo celebrando.

» Hanc esse meam voluntatem irrevocabilem, ut supra,

testor nominis mei subsignatione et sigilli episcopalis subimpressione.

» Actum in majori collegio theologorum anno millesimo sexcentesimo undecimo, die nona mensis maji.

» *Eratque subsignatum* : JACOBUS, EPISCOPUS RURAEMUNDANUS, *et appositum sigillum episcopale in cera rubra. Et ad marginem habebantur sequentia* : Intentio mea insuper est, ut, si contingat capitulum ipsum intercidere aut extingui, eo casu velim hanc meam donatiunculam applicari ad augmentum bonorum communium collegii. »

17 *maji* 1611. Ad hunc diem in actis capituli legitur praeconium reverendissimi domini Jacobi a Castro, qui eo die discessit e collegio, ut tenderet ad ecclesiam suam episcopalem Ruraemundensem. Reliquit capitulo beatae Mariae Virginis in Alba Longa reditum 24 florenorum et 17 1/2 stuferorum.

Eodem die 17 *maji* 1611, discedit Arnoldus de Ronsse ad pastoratum de Fresne.

30 *maji* 1611, discedit Petrus Picqueri, S. T. baccalaureus formatus bibliothecae nostrae bibliothecarius, ad curam de Oigni prope Athum.

22 *junii* 1611, discedit Henricus Smeyers, S. T. baccalaureus formatus et capituli decanus, qui, postquam officium procuratoris peregerat necnon in pago Lindensi saluti animarum operam navaverat, in secretarium et oeconomum aulae episcopalis Ruraemundensis assumptus fuit. Sed, ad majora destinatus, per reverendum dominum Frigidi Montis Bruxellensis praepositum ad pastoratum ejusdem Montis vocatur (1).

8. *Acta sub decano Petro Renart.* 21 *junii* 1611 (undecimo kalendas julii), praesidente Guilielmo Fabricio, ecclesiae divi

(1) Postea factus pastor curiae Bruxellensis et confessarius cardinalis, impetravit 200 florenos fabricae collegii applicandos a serenissimo principe Alberto. Mortuus est anno 1630, relinquens in sui memoriam duodecim florenos cum medio annue; ex quibus sunt tres floreni pro sex senioribus sub onere unius missae a singulis. *Note du manuscrit.*

Petri canonico, apostolico ac archiducali librorum censore, necnon collegii praeside, eliguntur ad canonicatus vacantes : 1° Joannes Wallet, S. T. baccalaureus formatus; 2° Joannes ab Angelis, S. T. baccalaureus formatus ac capituli thesaurarius; 3° Christophorus a Lyra, S. T. baccalaureus formatus; 4° Judocus Berchem, capituli cantor. In eadem congregatione Joannes Rollier constituitur pastor.

20 *aprilis* 1612 (1), resignat decanatum Petrus Renart, solo sibi reservato canonicatu; et in ejus locum eligitur decanus Joannes Rollier, Montensis, S. T. baccalaureus formatus, et capituli pastor.

Eodem die, in canonicatu succedunt : Petro Rysingio, Gestelio, Everardo a Lapide, Peltano, et Frederico Cools, Bruxellensi, Michaël Behault, Andreas a Corswaremia et Paulus Van den Grave, omnes S. T. baccalaurei formati.

10 *julii* 1611, discedit ad pastoratum de Arendonck Petrus Reysingius, Gestelius, S. T. baccalaureus formatus.

5 *februarii* 1612, in collegio obiit Fredericus Cools, Bruxellensis, S. T. baccalaureus formatus et capituli secretarius.

9. *Acta sub decano Joanne Rollier.* 14 *junii* 1612, Andreae Mouleron, Tornacensi, promoto ad pastoratum in Albania a capitulo cathedralis Toracensis, succedit Guilielmus Van Pede, Bruxellensis, S. T. baccalaureus formatus.

20 *junii* 1612, Petrus Renart, qui residens Lovanii curam animarum exercuerat in Pellenberg, discedit ad pastoratum de Donck, dioecesis Leodiensis.

14 *augusti* 1612, Sebastianus Smits, Diestensis, constituitur cantor; et Gabriel Morel, Insulensis, S. T. baccalaureus formatus, eligitur canonicus.

10 *octobris* 1612, Joanni Wallet, Athensi, S. T. baccalaureo formato, capituli secretario, discedenti, substituitur ut canonicus Robertus Seucquin, Montensis, et ut secretarius Lucas Ooms, Eyndhoviensis, S. T. baccalaureus. Eodem die

(1) On trouve en tête des actes capitulaires qui suivent une note ainsi conçue : « Acta sub domino decano Petro Renart, in ordinem tamen « redacta et huic libro inscripta sub domino decano Rollier. »

in locum Judoci Berchem, Brugensis, cantoris capituli, eligitur cantor Michaël Picquou, Tornacensis.

14 *decembris* 1612, discedit Christophorus a Lyra, Mechliniensis, S. T. baccalaureus formatus, Lovanii residens pastor in Linden, nunc autem promotus ad curam de Londerzeel. In ejus locum eligitur Sebastianus Smits, Diestensis, capituli cantor.

17 *junii* 1613, discedit Paulus Van den Grave, Sylvaeducensis, S. T. baccalaureus formatus.

13 *octobris* 1613. Confirmatur statutum, quod nullus deinceps admittatur ad canonicatum, qui munere fungitur pastorali; canonicus autem acceptans pastoratum eo ipso perdat canonicatum. Quod eodem die effectum est in domino procuratore Christiano De Backer, Antverpiensi. pastore in Hisbeke. Cujus canonicatus confertur domino Ooms, S. T. baccalaureo formato et capituli secretario. Item eliguntur in canonicos; 1° Joannes Lequart, Insulensis; 2° Arnoldus Van der Geest, S. T. baccalaureus formatus; et 3° Laurens in locum Antoni Piperi, pastoris Thenensis.

10. *Acta sub decano Joanne Rondeau, Braniensi. Mense augusto* 1625 (1), resignat decanatum et canonicatum Bartholomaeus de Crits; eique succedunt in decanatu Joannes Rondeau, a Brania Comitis, et in canonicatu Stephanus Stockmans, Sylvaeducensis.

Eodem anno, recedenti Guilielmo Van der Sterre, S. T. baccalaureo formato (2), succedit Livinus Hertryck, Gerardimontensis.

31 *octobris* 1625, recedenti Antonio De la Rue ad lectionem et professionem in collegio Vaulxiano, vulgo Gandensi, succedit Ludovicus Daulmery, Athensis (3).

(1) De 1613 à 1625 les procès verbaux des réunions du chapitre n'ont pas été dressés, et, par conséquent, ne figurent pas dans le registre aux actes.

(2) Fuit postea decanus, S. T. licentiatus, pastor Aldenardensis, et canonicus Ypris. *Note du manuscrit.*

(3) Postea decanus; deinde subregens Falconis; demum canonicus Caseleensis. *Note du manuscrit.*

Mense decembri 1625, recedenti ad lecturam in monasterio Alnensi domino Bellero, Lovaniensi, S. T. baccalaureo formato, succedit Cornelius Van Rys, Brugensis.

3 *aprilis* 1627, eligitur Antonius Jacobs, collegii procurator, in locum Gasparis Smits, Lyrani, S. T. baccalaurei formati, qui discesserat ad lecturam theologiae in Colle Aspero. Item in locum domini Coster, Antverpiensis, recedentis ad monasterium sancti Michaëlis Antverpiae, suffectus est dominus Ketelaers.

2 *junii* 1627, canonicatus vacans per recessum Joannis Francken confertur Erasmo Allgoet, procuratori. Item in locum domini Volquiers, discedentis, eligitur dominus Zylmans.

31 *octobris* 1627, in locum Petri Royen, qui ad vicariam Trajectensem discessit, eligitur Petrus Wilfer. Item in locum Arnoldi Van den Bosch, S. T. baccalaurei formati, recedentis ad vicepastoratum Tungrensem, electus est dominus Geloes.

11. *Acta a 1ª maji* 1653, *sub decanatu Nicolai Hugo.* « Cum ex causis incognitis plurimorum canonicorum capituli de Alba Longa nomina atque acta scripta non fuerint aut in volatilibus cartis scripta fuerint, ac inde compertum sit multas difficultates, maxime in reddendo computu illorum, quae juxta testatoris ac fundatoris voluntatem aerario capituli cedere debent, ac nonnullas alias confusiones oriri, visum est reassumendam esse laudabilem illam antea plurimum vigentem consuetudinem nomina atque acta dominorum canonicorum inscribendi. Sed quia multorum praedecessorum nomina atque acta nobis incognita manserunt, ab anno 1653 incipere tantum potuimus. »

Ordo canonicorum. — Eximius dominus ac magister noster Joannes Sinnich, collegii praeses, praepositus. — Nicolaus Hugo, decanus. — Melchior Le Roy, thesaurarius. — Joannes Baptista Remplart. — Philippus Vesdosine. — Guilielmus Wolf. — Lambertus Magi. — Gerardus Verbeeck. — Joannes Baptista Hauart. — Antonius De Witte. — Jacobus Maufroid. — Ludovicus Van Effen. — Joannes Maufroid. — Joannes

De Wert. — Joannes Du Bosquelle. — Arnoldus Mineur. — Lambertus Du Bois. — Matthias Cap. — Delmotte. — Defossez.

« 21 *maji* 1653, supradictus Melchior Le Roy, thesaurarius, recepit a praefato domino decano. . . . . 12 florenos.

» Ex quibus 1a *junii*, quae erat dies Pentecostes, distribuit inter dominos canonicos praesentes 39 stuferos. . . . . 1 fl. 19 stuf.

» Item 12 *junii* distributi sunt viginti stuferi 1 fl.

» Item 15 *augusti* distributi sunt 40 stuferi . 2 fl.

» Item 1 *novembris* distributi sunt. . . . 2 fl. 16 stuf.»

Nomina canonicorum ab anno 1656 *ad* 1662, *quorum habemus memoriam, scripta sub Isaaco Van Frayenbourg et Hippolyto Delafortry, S. T. baccalaureis formatis.*

Amandus Arnaut. — Henricus Reysen. — Joannes Baptista Van den Hout. — Laurentius a Foro, Antverpiensis. — Ignatius Ambax, Antverpiensis. — Joannes Hugo. — Jacobus Bourguinon. — Jacobus Denis, thesaurarius. — Antonius Van den Brant. — Joannes Verbraken. — Antonius Wautoel. — Yvo Wendelen. — Guilielmus Reinars. — Walterus Buyens. — Nicolaus Nuyts, S. T. licentiatus. — Joannes Mermans. — Godefridus Froye. — Gerardus Cleenwerck. — Gerardus Weestenraedt, decanus. — Thomas Roussel, Insulensis. — Petrus Jadot. — Joannes Alen. — Arnoldus Maes. — Firminus De Maude. — Leonardus Loyens, decanus. — Cornelius Delvaux, fundationis Rampen. — Gerardus De Mets. — Ignatius Regnaut, thesaurarius. — Adamus Stoffels, decanus. — Joannes Baptista Van den Broeck, fundationis Rampen.

Isaacus Van Frayenborg, Antverpiensis, decanus. — Hippolytus Delafortry, fundationis Rampen (1). — Petrus Mathaei, Antverpiensis. — Jacobus Uutterchout. — Philippus Antoine.

(1) Anno 1656 factus thesaurarius, anno 1663 desiit. *Note du manuscrit.*

— Ludovicus Flemal, fundationis Rampen. Laurentii, fundationis Rampen. — Heusdens, fundationis Rampen. — Gaspar Van Tichel, fundationis Rampen. — Aegidius Goesseels (1). — Jacobus Fontenis. — Zeverdonck, Antverpiensis. — Turenhout. — De Wael, Antverpiensis. — Huygens. — Lemmens. — Petrus a Spina. — Gerardus Hoebancx, Attenhovius (2). — Andreas Gysberechts, Antverpiensis. — Aegidius Braemts, Gandavensis. — Mathias Roubreux. — Guilielmus Stapel, Trudonensis. — Petrus Van der Ginst. — Jaspars, ex Lunaquen (Lanaeken?). — Servatius Nieuwenhoven, ex Lieshout. — Theodorus Brabant, Huensis. — Jacobus Flemalle, Wavriensis. — Franciscus Alart, Casletensis. — Joannes Stevenotte Huberts, Novillanus, fundationis Rampen. — Philippus Bertrand, fundationis Rampen. — Petrus Guillaume, Tornacensis. — Henricus Tilens, ex Quarus. — Petrus De Smet.

Circa annum 1750, eligitur in decanum eximius dominus Petrus de Beauvais-Raseau, Vitriacensis, majoris collegii theologorum lector et S. T. doctor.

Circa annum 1752, eligitur in decanum Joannes Josephus Fostier, ex Houdeng-Gœgnies, S. T. baccalaureus formatus, majoris collegii senior, canonicorum regularium in Bethlehem juxta Lovanium lector (3).

Circa annum 1754, eligitur in decanum Joannes Dionysius De Vylder, Lokerensis, majoris collegii lector (4).

12. *Acta sub decano Henrico Hoebancx.* 5 *junii* 1756, eligitur in decanum Henricus Hoebancx, Hougardiensis, S. T. baccalaureus formatus.

Ordo canonicorum beatae Mariae Virginis in Alba Longa.

(1) Thesaurarius 29 decembris 1662; postea decanus. *Note du manuscrit.*

(2) Factus thesaurarius; postea decanus. *Note du manuscrit.*

(3) Factus est deinde pastor begginasii Montibus Hannoniae. *Note du manuscrit.*

(4) Electus deinde canonicus graduatus sancti Bavonis Gandavi et poenitentiarius. *Note du manuscrit.*

« Cum defectu registri aut aliis ex causis incognitis, a nonaginta quinque fere annis, plurimorum venerabilium dominorum canonicorum capituli beatae Mariae Virginis in Alba Longa nomina atque gesta scripta non fuerint, hinc registro hoc die 26 julii 1757 ad manus nostras feliciter delato, priorum praedecessorum nostrorum vestigiis inhaerentes, actualium canonicorum nomina atque acta, spatium pro praedecessorum nominibus linquentes, inscribi curavimus : »

Henricus Van Gameren, ex Saventhem, collegii praeses electus 19 julii 1757, et capituli praepositus.
Henricus Hoebancx, Hougardiensis, decanus.
Alexander Boulit, Montensis.
Henricus Scaille, Dionantinus.
Ludovicus Bonnet, Episcopo-Fontanus.
Carolus De Genst, ex Droogenbosch.
Antonius Franciscus Le Paige, Herendalensis.
Joannes Antonius Peys, Ghelensis.
Joannes Franciscus Vigneron, ex Jemeppe ad Sabim.
Josephus Henricus Van Bloer, Tungrensis.
Carolus Philippus Clément, ex Divae Reynildis.
Gerardus Cauwenbergh, Odaerhodanus.

Fundationis eximii domini Rampen.

Petrus Van Rysselbergh, ex Seveneecke.
Gerardus Deckers, ex Kevelaer.
Ignatius Damas, Dionantinus.
Petrus Jacobus Van Beveren, Cortracensis.
Joannes Guilielmus Van Hamont, ex Houppertingen.
Joannes Franciscus Chaufouraux.
Carolus Josephus De Graeve, ex Ursel (1).

(1) Les sept premiers noms des chanoines de la fondation du président Rampen ont été seuls inscrits au registre des actes par le doyen Henri Hocbancx ; ils appartiennent, par conséquent, aussi seuls à la liste des chanoines dressée par ce doyen. Les noms suivants ont été ajouté successivement à différentes époques. Chose assez singulière, c'était le doyen, et non pas le secrétaire du chapitre qui rédigeait et écrivait les actes.

Jacobus Mathias Chokier, Leodius.
Adrianus Le Blanc, ex Lixhe.
Franciscus Vormezeele, Menenensis.
Petrus Caris, Werthensis.
Jacobus Bosch, Turnhoutanus.
Joannes Franciscus Zaman, ex Sinay Wasianus.
Leonardus Degaye, ex Peruwelz.
Franciscus Guilielmus Doemens, ex Schinnen.
Guilielmus Henricus Lion, Lovaniensis.
Rumoldus Jacobus Van Rymenam, Mechliniensis.
Engelbertus Verheyden minor, ex Crainhem.
Henricus Jacobus Josephus Duchemin, ex Nadrin Luxemburgensis.
Joannes Franciscus Van de Velde, ex Beveren.
Joannes Baptista Sentron, Hannutensis.
Petrus Franciscus Benedictus Robbe, ex Hornu.

Eliguntur in canonicos primae fundationis :

31 *octobris* 1757 : 1° Waltherus Van Erps, Odaerhodanus ; 2° Joannes Hoebancx, Hougardiensis; 3° Nicolaus Josephus Rounau, ex Elouges ;

31 *octobris* 1758 : Joannes Dominicus Van Roosmalen, Sylvaeducensis, S. T. baccalaureus;

2 *junii* 1759 : 1° Philippus Carolus Clement, ex Divae Reynildis, S. T. baccalaureus ; 2° Ignatius Philippus Van Coquelaer, ex Ardoye ; 3° Bartholomaeus Josephus Fostier, ex Houdeng-Gœgnies ;

13. *Acta sub decano Josepho Henrico Van Bloer.* 31 *octobris* 1759, eliguntur in canonicos primae fundationis : 1° Laurentius Hilarius Verduyn, Iseghemiensis, S. T. baccalaureus formatus ; 2° Philippus Josephus Pernet, ex Sart lez La Buissière, S. T. baccalaureus formatus ; 3° Lambertus Peeters, ex Nederockerzeel, S. T. baccalaureus.

14. *Acta sub vicedecano Joanne Guilielmo Van Hamont, S. T. baccalaureo formato.*

Eliguntur in canonicos primae fundationis :

6 *aprilis* 1760 : 1° Joannes Maria Michaël Gasparoli, Ant-

verpiensis, S. T. baccalaureus formatus; 2° Godefridus Van Heeck, Sylvaeducensis; 3° Joannes Arnoldus Vanderveken, Mollensis;

25 *maji* 1760 : Eruditissimus dominus Daniel Van den Daele, Bruxellensis, majoris collegii lector.

15. *Acta sub decano Daniele Vanden Daele, Bruxellensi.*

Eliguntur in canonicos primae fundationis :

22 *martii* 1761 : 1° Thomas Remaclus Franck, Vervianus, S. T. baccalaureus formatus; 2° Joannes David Delaveux, Leodius, S. T. baccalaureus formatus;

10 *maji* 1761 : Jacobus Josephus Van den Bosch, ex Beersel, S. T. baccalaureus formatus;

31 *octobris* 1761 : Petrus Van Leeuw, ex Corbeek over Loo, S. T. baccalaureus formatus;

10 *aprilis* 1762 : 1° Trudo Mathaei, Trudonensis; 2° Jacobus Josephus Bisqueret, ex Fallais, S. T. baccalaureus;

29 *maji* 1762 : Carolus Donatus Schollaert, ex Bottelaer, S. T. baccalaureus formatus;

24 *decembris* 1762 : Bartholomaeus Josephus Fostier, ex Houdeng-Gœgnies;

2 *aprilis* 1763 : 1° Franciscus Josephus Art, ex Genappe, S. T. baccalaureus; 2° Petrus Burlet, ex Natoye, S. T. baccalaureus;

21 *maji* 1763 : ...Sunnaert.

16. *Acta sub vicedecano Gasparoli, Antverpiensi.* 14 *augusti* 1763, eliguntur in canonicos primae fundationis : 1° Eruditissimus dominus Joannes Nicolaus Jacquet, Namuranus, majoris collegii lector; 2° Jacobus Franciscus Cleys, Lyranus, S. T. baccalaureus.

17. *Acta sub decano Jacquet.*

Eliguntur in canonicos primae fundationis :

21 *aprilis* 1764 : Michaël Petrus Wouters, ex Beveren Wasianus;

31 *octobris* 1764 : 1° Alexander Franciscus Cocquyt, Gan-

densis, S. T. baccalaureus; 2° Jacobus Josephus Mouvet, Walcuriensis;

31 *octobris* 1765 : 1° Joannes Josephus Hoslet, ex Hansinelle, S. T. baccalaureus; 2° Nicolaus Josephus Evrard, Hannomontanus, S. T. baccalaureus; 3° Philippus Jacobus Van Opdenbosch, ex Meerbeek;

17 *maji* 1766 : 1° Gislenus Marchant, ex Mierdop, S. T. baccalaureus formatus; 2° Joannes Baptista Thys, Lyranus; 3° Joannes Jacobus Ludovicus Sartorius, Visetensis;

31 *octobris* 1766 : Guilielmus Josephus Buyens, ex Poederle; 2° Simon Josephus Mathieu, ex Elouges;

6 *junii* 1767 : 1° Franciscus Petrus Vleys, Brugensis; 2° Carolus Van Nerum, Hougardiensis; 3° Antonius Josephus Lambiotte, ex Loupoigne; 4° Joannes Baptista Le Jeune, Wavriensis; 5° Andreas Josephus Magotteaux, ex Bailleux.

21 *aprilis* 1773. Eligitur in decanum reverendissimus et eruditissimus dominus Franciscus Ghislenus Huleu, Gerardimontensis, majoris collegii lector, tantum tribus hebdomadibus officio suo functus. Postea ad secretariatum Eminentiae Suae archiepiscopi Mechliniensis promotus est, et consequenter in actis ejus tempore nihil reperitur (1).

18. *Acta sub decano Bernardo Josepho De Naeyer.* 14 *augusti* 1773 eligitur decanus Bernardus Josephus De Naeyer, Gandensis, hujus collegii lector. Eodem die eliguntur in canonicos primae fundationis : 1° Joannes Baptista Van Herwegen, ex Galmaerde; 2° Tilmannus Geerts, major, Lummensis.

« Cum acta capituli nostri jam aliquibus annis fuerint neglecta, hinc illa, quae inveni, recensebo. Itaque, quando ad decanatum promotus sum, inveni canonicos sequentes : Matthieu; — Wellens; — Franciscum Tubbax, ex Heyst op den Berg (2); — Dolmans; — Gummarum Van den Bogaert,

(1) Postea promotus ad praesidentiam seminarii archiepiscopalis. in canonicum graduatum et archipresbyterum. *Note du manuscrit.*

(2) Postea pastor Gelae. *Note du manuscrit.*

Lyranum ; — Schoenmaeckers, Mosaetrajectinum ; — Joannem Baptistam Maes, ex Nieuwkercke; — Franciscum Fagardo, Antverpiensem ; — Cammaert ; — Dencken ; — Haller ; — Joannes Baptistam Van Herwegen, ex Galmaerde ; — Tilmannum Geerts, Lummensem. »

Eliguntur in canonicos primae fundationis :

31 *octobris* 1773 : 1° Henricus Buyvocts, ex Neerpelt ; 2° Wilhelmus Janssens, Taxandriensis ; 3° Valentinus Josephus Hiolle, ex Brania Comitis ;

14 *augusti* 1774 : Joannes Baptista Ludovicus Denckens, Lyranus, S. T. baccalaureus formatus ;

31 *octobris* 1774 : Arnoldus Josephus Boeracker, Graviensis, S. T. baccalaureus ;

Postea : 1° Hennet, Hannomontanus ; 2° Delaittres, Cinacensis ; 3° Bauwen, Herendaliensis ; 4° Lambet, Chimacensis.

19. *Acta sub decano Joanne Antonio Seerwart.* 30 *octobris* 1775, electus est in decanum Joannes Antonius Seerwart, Lyranus, majoris collegii lector (1).

31 *octobris* 1775, eliguntur in canonicos primae fundationis : 1° Cornelius Van Engelen, Turnholtanus, S. T. baccalaureus formatus ; 2° Nicolaus Franciscus Sallez, Hasseletensis, S. T. baccalaureus formatus ; 3° Carolus Bernardus Masius, Epternaco-Luxemburgensis.

Sequitur deinde ordo officiorum divinorum in sacello collegii pro sex festis principalioribus anni a capitulo celebrandis.

6 *aprilis* 1776, eligitur in canonicum primae fundationis Joannes Van Herrewegen, ex Galmaerde, S. T. baccalaureus formatus.

25 *maji* 1776, eligitur in decanum eruditissimus dominus Maes, ex Nieuwkerke Wasianus, S. T. licentiatus et ex lectore minoris collegii majoris collegii lector (2). Acta sub ejus decanatu nulla dantur.

(1) Postea S. T. professor in seminario Antverpiensi, et anno 1777 plebanus cathedralis ibidem. *Note du manuscrit.*

(2) Mense septembri 1776 promotus ad professoratum in seminario

20. *Acta sub decano Josepho Joanne Cammaert.* 31 *octobris* 1776, eligitur in decanum Josephus Joannes Cammaert, ex Bornhem, majoris collegii lector (1). Eodem die, pristinae dignitati, a qua exciderant propter annuam absentiam a capitulo in seminario Cameracensi causa ordinum suscipiendorum, restituuntur : 1° Valentinus Hiolle, a Brania Comitis, S. T. baccalaureus formatus; et 2° Hennet, Hannomontanus, S. T. baccalaureus formatus.

Anno 1776, promoti sunt ad canonicatus secundae fundationis : 1° Van der Sloten, ex Ranst; 2° Hövelman; 3° Thomas, Mechliniensis; 4° Laeremans, ex Bouchout; 5° Cloots, ex Racourt; 6° Sentelet, ex Overwinden.

Eliguntur in canonicos primae fundationis :

29 *martii* 1777 : 1° Stappers, Mosaetrajectinus; 2° Peeters ex Sancti Nicolai Wasianus; 3° De Ram, Bergensis ad Zomam;

14 *augusti* 1777 : Sterckx, ex Tongerloo;

18 *aprilis* 1778 : 1° Put, Beringus, S. T. baccalaureus formatus; 2° Amant, ex Ermeton, S. T. baccalaureus; 3° Mutsaerts, Meerhoutanus;

31 *octobris* 1778 : Van Zeebroeck, ex Merchtem, qui jam erat canonicus secundae fundationis.

21. *Acta sub decano Joanne Baptista Denckens.* 3 *aprilis* 1779, eligitur in decanum Joannes Baptista Denckens, Lyranus, majoris collegii lector (2). Eodem die, ad canonicatum primae fundationis promovetur Stordeur, Antverpiensis.

22. *Acta sub decano Petro Josepho De Smet.* 22 *maji* 1779, eligitur in decanum Petrus Josephus De Smet, ex Eecke ad Scaldim, S. T. et J. U. licentiatus, majoris collegii lector. Eodem die, eligitur in canonicum Bruynen, ex Asten.

Gandensi et secretariatum Celsitudinis Suae episcopi Gandavensis, et tandem seminarii praesidentiam. *Note du manuscrit.*

(1) Pastor Sancti Amandi anno 1778. *Note du manuscrit.*

(2) Mense majo ejusdem anni factus plebanus Lyrae. *Note du manuscrit.*

Eliguntur in canonicos :

31 *octobris* 1779 : Henricus Claessens, ex Stiphout ; 2° Joannes Franciscus Van Hilleghem, Lovaniensis ;

24 *decembris* 1779 : Drion, Dionantinus.

Eadem die, 24 decembris 1779, promoventur ad canonicatus secundae fundationis : 1° Petrus Thilges, Wiltzensis Luxemburgensis ; 2° Hahn, Aquensis.

23. *Acta sub decano Joanne Ferdinando Sentelet.* 24 *decembris* 1780, eligitur in decanum Joannes Ferdinandus Sentelet, ex Overwinden, majoris collegii lector (1). Eodem die, promovetur ad canonicatum primae fundationis Balthasar Josephus Watelet, ex Florenville.

24. *Acta sub decano Joanne Petro Theodoro Stappers.* 14 *aprilis* 1781, eligitur in decanum Joannes Petrus Theodorus Stappers, majoris collegii lector (2). Eodem die, eliguntur in canonicos primae fundationis : 1° Joannes Pick, Antverpiensis ; 2° Joannes Gerardus Melotte, ex Hautem Episcopi.

Ab anno 1781 *ad* 1783 promoti fuerunt ad canonicatus primae fundationis : 1° Van Minderhout ; 2° Baise ; 3° Van Gerwen ; 4° Dufrasne ; 5° Marchant.

24 *decembris* 1782, eliguntur in canonicos secundae fundationis : 1° Verhaegen ; 2° Maes.

25. *Acta sub decano Joanne Van Erp.* 31 *octobris* 1783, eligitur in decanum Joannes Van Erp, Ossensis, majoris collegii lector.

Promoventur ad canonicatum primae fundationis :

31 *octobris* 1783 : 1° Neute ; 2° Staumont ; 3° Bouckaert ;

24 *decembris* 1783 : Vyncke ;

29 *maji* 1784 : 1° Roly ; 2° Cawet ;

13 *augusti* 1785 : 1° Cambier ; 2° De Meulder ;

31 *octobris* 1785 : 1° Marcelle ; 2° Martens ;

(1) Postea philosophiae professor in paedagogio Lilii. *Note du manuscrit.*

(2) Postea professor in seminario Mechliniae. *Note du manuscrit.*

24 *decembris* 1785 : Aelders;
14 *aprilis* 1786 : Moser;
14 *augusti* 1786 : 1° Gilles; 2° Blick, 3° Mullier.

Eliguntur in canonicos secundae fundationis :

24 *decembris* 1783 : Joannes Van Erp, lector;
Anno 1785 : Cornelius Besscleers, ex Merxem;
24 *decembris* 1785 : Joannes Baptista Bermyn, ex Evergem.

26. Restituta Universitate anno 1790, reintegrata almo nostro capitulo, sequentes fuere canonici :

Primae fundationis : Lector J. Van Erp, decanus. — Watelet. — Barbanson. — Baise. — Du Frasne. — Aelders. — Aertgeerts. — Marcelle. — Baugniet. — Van Soens. — Robyns. — Fonteyn. — Van den Endepoel. — Watelet minor. — Verlye. — Pierson. — Renchon.

Secundae fundationis : Besseleers. — Louwerys. — Van der Linden. — Le Doux. — Van der Heyden. — Power. — Wittembercq. — 'o Neill.

14 *augusti* 1792, reperto hoc libro, eligitur in canonicum primae fundationis dominus Van Sweevelt.

27. *Acta sub decano De Craecker.* 31 *octobris* 1792, eligitur in decanum simulque promovetur ad canonicatum secundae fundationis Guilielmus Philippus De Craecker, Gerardimontensis, majoris collegii lector.

Eliguntur in canonicos primae fundationis :

31 *martii* 1793 : Petrus Laurentius Wilsens, Perensis;
18 *maji* 1793 : 1° Van Dries; 2° Nicolaus Josephus Michel, Athensis;
7 *junii* 1794 : Steichen;
18 *junii* 1794 : Leonardus Josephus Masson, Hervianus.

Eliguntur in canonicos secundae fundationis :

24 *decembris* 1792 : Opveld, Mosaetrajectinus;
24 *decembris* 1793 : 1° Franciscus Van Peteghem, ex Schellebelle; 2° Franciscus Minckeleers, Mosaetrajectinus.

28. *Benefactores capituli*, quorum alii ornamenta sacra, alii summam pecuniae capitulo dederunt, recensentur sequentes :

1. Jacobus a Castro, episcopus Ruraemundensis.
2. Petrus Langritius, persona Aldenardensis.
3. Joannes Sauvaige.
4. Joannes Van den Berghe, pastor in Exardia, S. T. licentiatus, defunctus anno 1605.
5. Helena Vrancken.
6. Jacobus Everdingius, Ultrajectensis.
7. Joannes Merlensis dedit sacello duas fenestras vitreas et tertiam procuravit, quam nomine Francisci Snoecx in sacello posuit.
8. Joannes Wachtelaer.
9. Gregorius Van der Geest, Lovaniensis.
10. Theodorus Hautaeus, pastor Aspricollensis.
11. Henricus Heymbeck dedit fenestram vitream.
12. Guilielmus d'Ath, Athensis.
13. Joannes Vasseau.
14. Simon de Marez, factus pastor in Exardia anno 1605.
15. Sebastianus Hustinus.
16. Alexander Smits, Bruxellensis.
17. Barbara Van Helen.
18. Renerus Goudanus, tanquam executor testamenti domini Bergheyck.
19. Joannes Silvortius, pastor in Hautem sancti Livini.
20. Martinus Le Prince, canonicus Nivellensis.
21. Nicolaus Rocourt, pastor sancti Thomae Leodii.
22. Joannes Arboreus, Lyropius, lector in monasterio Sonnebekano.
23. Philippus Zoerendonck, canonicus ecclesiae cathedralis Sylvaeducensis.
24. Joannes Gelkens.
25. Carolus Geluy, canonicus regularis Tornaci.
26. Jacobus Mombaerts, Sylvaeducensis.
27. Henricus Smeyers, Bruxellensis, collegii procurator.
28. Theodorus Lemueau.
29. Judocus Boeckaert, Brugensis.

30. Petrus Picqueri, Tornacensis.

31. Guilielmus Fabricius, praeses collegii majoris.

32. Paulus Barvoets, pastor Brugis.

33. « Anno 1628, eximius dominus Henricus Rampen, collegii praeses, eoque nomine capituli praepositus, decano et omnibus confratribus capitulariter congregatis, pro pietatis suae affectu declaravit et consensit, ut primae et secundae vesperae et subsequens completorium, cum matutino, laudibus et sacro, solemniter celebrarentur a decano ceterisque canonicis in festo Circumcisionis, Epiphaniae, Purificationis et Annuntiationis beatae Mariae Virginis, Ascensionis Domini, Trinitatis, Visitationis beatae Mariae Virginis, Recollectionis omnium festorum ejusdem, ac Nativitatis et Conceptionis; assignavitque singulis praesentibus stipendium tale, quale habent in Nativitate Domini, Paschate, Pentecoste, festo Corporis Christi, Omnium Sanctorum et Assumptionis beatae Virginis Mariae, ex legatione reverendissimi domini Jacobi a Castro, cum hac tamen differentia, quod legatum a Castro sit perpetuum, eximii autem domini Rampen solum pro tempore praepositurae suae sit duraturum ». (1)

34. Anno 1666, 8 maji, Joannes Sinnigh, praeses majoris collegii, moriens, collegium hoc auxit fundationibus. Praesentibus in officio anniversario pro ipso in sacello collegii celebrando quatuor stuferos capitatim assignavit; ac praeterea fundavit duo sacra solemnia ibidem quotannis celebranda ritu praepositali vel decanali : unum 28 augusti in festo sancti Augustini, facultatis theologicae Lovaniensis patroni praecipui, alterum 17 martii in festo sancti Patritii, nationis suae apostoli thaumaturgi ; legans pro quolibet eorum 25 florenos annuos distribuendos inter officiantes et reliquos praesentes.

35. Eximius dominus Laurent, collegii majoris praeses.

(1) Le président Rampen fit plus tard une fondation perpétuelle; car, dans les listes des chanoines du XVIIe et du XVIIIe siècle que nous avons publiées ci dessus, on trouve régulirement six ou sept noms avec la rubrique : *Fundationis Rampen* ou *secundae fundationis*.

36. Petrus Mackoen, Gandavensis.

37. Aegidius Morel, Gandavensis.

38. Joannes Du Bois, decanus Chievrensis et pastor sancti Juliani Athi.

39. Joannes Ignatius De Roo, Antverpiensis.

40. Franciscus Ghysbrechts, Antverpiensis.

41. Thomas Josephus Wellens, postea episcopus Antverpiensis.

42. Natalis Du Bois, majoris collegii praeses.

43. Henricus Van Gameren, postea episcopus Antverpiensis.

Lectores collegii majoris theologorum.

« Est hic praeter praesidem praefectus, vulgo lector, qui ex fundatione Andreae Laurent, praesidis, circa annum 1680 quinquaginta (alibi lego quadraginta) annuos florenos percipit, praeestque exercitiis spiritualibus et instructioni juventutis in dicto collegio. Solet is singulis diebus lunae vesperi theologiae rudimenta alumnis explicare. » Ita Paquot.

Joannes Lovinus, Spadanus, S. T. doctor, vivo ipso Andrea Laurent, hoc munere defunctus.

Martinus Steyaert.

Hermannus Damen.

Franciscus Martin, Galviensis Hibernus, docuit usque ad 16 novembris 1717.

Joannes Baptista Cremers, Bruxellensis, ab anno 1711 S. T. licentiatus, discessit ad praesidentiam collegii Alticollensis mense octobri 1723.

Gybels, postea rector domus Standonicae.

Lambertus de Jeneffe, Huensis.

Franciscus Jacobus Maufroid, ex Thy-le-Château, S. T. licentiatus 7 maji 1737, postea Gandavi ad sanctum Bavonem canonicus.

Petrus Joannes Baptista de Beauvais-Raseau, Vitriacensis, postea minoris collegii praeses.

Joannes Dionysius De Vylder, ex Lokeren Wasianus, S. T. licentiatus 16 julii 1753.

Daniel Van den Daele, Bruxellensis, anno 1760.
Carolus Antonius Jacquet, Namuranus, anno 1763.
Joannes Franciscus Gislenus Huleu, Gerardimontensis, anno 1773, tribus tantum hebdomadibus suo officio functus.
Bernardus Josephus De Naeyer, Landensis, anno 1773.
Joannes Antonius Seerwart, Lyranus, anno 1775.
Joannes Baptista Maes, ex Nieuwkerke Wasianus, anno 1776.
Josephus Joannes Cammaert, ex Bornhem, anno 1776.
Joannes Baptista Denckens, Lyranus, anno 1779.
Petrus Josephus De Smet, ex Eecke ad Scaldim, anno 1779.
Joannes Ferdinandus Sentelet, ex Overwinden, anno 1780.
Joannes Petrus Stappers, Mosaetrajectinus, anno 1781.
Joannes Van Erp, Ossensis, anno 1783.
Guilielmus Philippus De Craecker, Alostanus, anno 1792.

Notes complémentaires pour l'histoire du grand collège du Saint-Esprit.

A la suppression de l'Université en 1797, le grand collège du Saint-Esprit fut fermé, comme tous les autres établissements académiques. En 1804, on y installa un collège d'humanités. L'annonce suivante, empruntée à un journal de l'époque, fait connaître le caractère de cette institution et les noms des professeurs qui furent appelés à y enseigner :

« Louvain, 3 nivose (24 décembre 1804). L'enseignement public est définitivement organisé au superbe et spacieux local du grand collège des théologiens en notre ville. Les professeurs, dont le nombre sera bientôt augmenté, sont messieurs Louchard, Des Granges, Cadet, Laenen et Lamal, tous avantageusement connus par leurs talents, exercice et aptitude à l'enseignement des parties qui leur sont respectivement confiées.

» Ce collège sera présidé par M. Des Granges l'aîné, chanoine régulier, ci-devant procureur, professeur en théologie et prieur de l'abbaye de Malones, que le gouvernement vient d'appeler aux fonctions de directeur.

» Le bureau d'administration n'a rien négligé de tout ce qui peut contribuer au bien-être tant des maîtres que des étudiants; et il y a tout lieu de croire que le bon ordre, la discipline et l'émulation, qui règneront dans cet établissement, lui gagneront la confiance entière des parents, et y attireront des élèves de toute part. Le nombre en est déjà bien considérable, et nous espérons de voir successivement refleurir parmi nous les études qui ont rendu notre ville célèbre à jamais. »

Ce collège subsista pendant 31 ans, et produisit un grand nombre d'étudiants distingués.

Après la translation de l'Université catholique de Malines à Louvain, en 1835, le grand collège du Saint-Esprit fut occupé par les étudiants en théologie de la nouvelle Université. Voici la série des présidents qui l'ont dirigé depuis cette époque jusqu'à nos jours :

1. J. B. Verkest, professeur de théologie morale (1835-1840).
2. G.-C. Ubaghs, professeur de philosophie (1840-1853).
3. J.-F. D'Hollander, professeur de théologie momorale (1853-1872).
4. L.-G. Roelants, professeur de théologie morale (1872-1880).
5. A.-B. Vandermoeren, professeur de théologie morale, nommé au mois de décembre (1880).

B. *Collegium minus theologorum seu sancti Spiritus.*

Collegium theologorum parvum seu minus, ita dictum quod ex majore velut ex matre natum et per divisionem anno 1561, 18 junii, factam ortum, non alium quam Ludovicum De Rycke fundatorem agnoscit et parem cum majore originem habet, et directioni etiam subjacet facultatis sacrae theologiae, quae et praesidem nominat atque instituit.

Possidet itaque divisione anno 1561 facta : 1° domum cum fundo, horto etc., quam domicella Catharina Pinnocx anno 1513 móriens reliquit pro habitatione praesidis collegii theologorum, de quibus antea dictum est; 2° domum dictam *Lombaerts*, quod quondam fuisset Wilhelmi Lombaerts, a quo vel ejus haeredibus facultas theologica ad opus collegii facultatis theologicae illam acquisivit; ejusque primum relivium *(relief)* in curia feudali domicelli Caroli Van Brecht factum 5 julii 1586, praeside collegii Henrico Gravio (hic enim eo tempore erat praeses utriusque collegii). Domusque haec Lombaerts sita erat *op de Booghaerstraete,* olim descendens a platea *de Legherstraete* seu *Capellen-Bergh*, e regione sacelli collegii Divaei, ad vetus Forum per aream gymnasii sanctissimae Trinitatis; et juxta actam coram notario Le Noire 7 aprilis 1659 etiam domus haec sita est op de *Capellen-Berghe* juxta domum magistri Joannis Mintart, modo domicellae N. Ghenne, viduae consultissimi domini De Vienne, dein renuptae domino Van Binst. Domus haec Lombaerts demolita est anno 1781 vel 1782, et ex ejus ruinis extructum lignile hujus collegii minoris; eodemque tempore aedificatum est ad plateam *Praepositi* novum aedificium sacello et cubiculis studiosorum instructum, sub praeside Leemput.

3° Possidet collegium minus fundum, in quo quondam domus erat dicta den *Vuyl* sive *Ouden Uyle*, in platea *Praepositi* sita. Contigua haec erat domui domicellae Catharinae Pinnocx, et versus septentrionem contigua erat domui dictae *Het Blauw Schaep*; hancque domum *den Vuyl* emit anno 1572, 16 aprilis, Henricus Gravius, tunc minoris hujus collegii

praeses, ad opus collegii, ab Anna Van Schaetbroeck, vidua Josephi Labus, et aliis ad dictam domum actionem habentibus.

Domus autem *Het Blauw Schaep*, quae supra memoratur, sita erat inter aedificium refectorii majoris collegii et domum dictam *den Vuyl* sive *Ouden Uyle;* cujus fundi nunc forte utrumque collegium partem obtinet.

Aedificium inter aream et hortum hujus minoris collegii aedificatum est anno 1719 sub praeside domino Joanne De le Loz, S. T. doctore, et destructum initio anni 1810.

Praesides collegii minoris.

I. 1559, 7 *martii*. Joannes Hessels. Vide supra inter praesides collegii majoris.

II. 1566. Cornelius Reyneri, Goudanus. Vide supra inter praesides collegii majoris.

III. 1568. Robertus Malcotius, Lovaniensis, S. T. doctor, factus anno 1569 in Divi Petri Lovanii plebanus. Praesidentiam hujus collegii dimisit anno 1570.

IV. 1570. Henricus Gravius. Vide supra inter praesides collegii majoris.

V. 1586 vel circiter. Aegidius Wallius, post dimissionem Gravii. Erat Brugensis, S. T. doctor et professor. Obiit in hoc collegio 28 octobris 1603, relicto peculio universo pro fundatione bursarum in minori collegio.

VI. 1603, 30 *novembris*. Guilielmus Fabricius. Vide supra inter praesides collegii majoris.

VII. 1611, 5 *junii*. Guilielmus Mercerus, factus postea praeses collegii Adriani VI.

VIII. 1625, 1 *septembris*. Henricus Rampen. Vide supra inter praesides collegii majoris.

IX. 1628. Nicolaus de Watines. Insulensis S. T. et J. U. licentiatus, ex pastore in Wavrin factus hujus collegii praeses. Hinc postea canonicus, officialis et archidiaconus ecclesiae cathedralis Namurcensis, postquam praesidentiam hujus collegii gessisset usque ad 31 maji 1633 (1).

(1) Voyez sur Nicolas de Watines les *Analectes pour servir à l'histoire ecclésiastique de la Belgique*, XIV, p. 213.

X. 1633, 1 *junii*. Joannes Taillart, Leodiensis, anno 1612 in artibus e Porco 5us, dein in collegio Porcensi philosophiae professor, S. T. licentiatus. Praesidentiam dimisit anno 1647, factus cathedralis Antverpiensis canonicus.

XI. 1647. Andreas Laurent. Vide supra inter praesides collegii majoris.

XII. 1650. Joannes De Hamere, *Van Hameren*, *D'Haemere*, vel *D'Hamers*, Lyranus. Nomen congregationi Oratorii Domini Jesu dederat; quam, tametsi deseruisset, semper dilexit, eidemque pro domo Lakensi nonnulla moriens legavit. Anno 1653 in artibus e Castro 3us; dein ab anno 1657 ad 1658 in gymnasio sanctissimae Trinitatis primus figurarum professor, in quo postea, ab anno 1658 ad 1662, grammaticam docuit. Erat S. T. licentiatus et in divi Petri primae fundationis canonicus. Anno 1664 constituitur linguae graecae in collegio trilingui professor. Condito testamento 24 aprilis 1680 coram Wouters, cujus executores esse voluit dominum Scaille et Joannem Lovinum, S. T. doctores, obiit 29 aprilis 1680, sepultus 1 maji in divi Petri ante altare sancti Josephi.

XIII. 1680. Joannes Lovinus, Spadanus, S. T. doctor et collegii majoris vicepraeses, obiit 21 januarii 1703, aetatis 74 annorum.

XIV. 1702. Carolus Gislenus Daelman successit, vivente adhuc Lovino, seu electus fuit vicepraeses; hinc brevi post transiit ad praesidentiam collegii pontificii.

XV. 1703. Joannes De le Loz de Buillemont, Hannomontanus, S. T. licentiatus, et 21 aug. 1703 S. T. doctor. Obiit hujus collegii praeses 12 junii 1740, aetatis 72 annorum, asthmate et hydropisi.

XVI. 1740. Stephanus Dominicus De Laittres, S. T. doctor regens et S. T. scholasticae professor regius, ex lectore collegii Pontificii factus hujus collegii praeses. Anno 1753 transiit ad praesidentiam collegii Atrebatensis.

XVII. 1753. Petrus Joannes Baptista de Beauvais-Raseau, Vitriacensis, ex praeside collegii Bruegeliani factus collegii minoris praeses. S. T. doctor. Obiit in hoc collegio 21 maji 1765, aetatis 51 annorum.

XVIII. 1765, 26 *maji*. Thomas Lambertus Ghenne, Lovaniensis, factus 9 septembris 1773 collegii Atrebatensis praeses.

XIX. 1773, 14 *aprilis*. Joannes Franciscus Van de Velde. Vide supra inter praesides collegii majoris.

XX. 1776, 9 *julii*. Joannes Hubertus Josephus Leemput, ex lectore collegii Hollandici hujus collegii praeses. Transiit postea ad collegium Alticollense.

XXI. 1782, 13 *augusti*. Cornelius Stevens, Wavriensis, anno 1766 in artibus e Lilio 7us, alumnus collegii majoris, 17 maji 1774 S. T. licentiatus, dein collegii Atrebatensis lector constitutus; ex quo hic praeses eligitur. Anno 1783, mense junio vel julio, fit in cathedrali Namurcensi canonicus graduatus in theologia, in locum Joannis Francisci Perin; examinator synodalis anno 1784; cardinali archiepiscopo Mechliniensi anno 26 junii 1789 a consiliis in examine professorum seminarii generalis Lovaniensis. Ab anno 1797, sub regimine nationis Gallicae, latitare coactus a Bonaparte, posito praemio 30000 francorum pro apprehensione ipsius, latuit usque ad annum 1814, quo debellatus fuit Napoleon. Interea anno 1799 a pontifice Pio VI constitutus fuit vicarius generalis dioecesis Namurcensis sede vacante; quod munus gessit usque ad annum 1802 seu novam organisationem Anno 1814 libertati redditus, primum sacrum publice celebravit in ecclesia de Fleurus. Wavriam se recepit ibidemque sacramentis exeuntium munitus pie obiit 4 septembris 1828. Natus erat Wavriae 26 decembris 1747; sepultus ibidem 7 septembris 1828 (1).

Testament de Corneille Stevens. Moi soussigné Corneille Stevens, prêtre, considérant la faiblesse actuelle de mon corps qui paraît tendre à une dissolution assez prochaine, je fais ici mon testament olographe tout écrit de ma main, et de la manière que, dans les circonstances présentes, je crois

(1) Voyez sur Stevens : 1° *Journal historique* de Kersten, IV, pp. 269-277 et pp. 321 333; et 2° l'excellente notice publiée dans la *Revue catholique*, 1857, pp. 267, 345, 391 et 459, par M. le professeur Lamy.

le plus agréable à Dieu, auquel seul soit honneur et gloire, tout dans ce monde n'étant que vanité et indigne des affections de notre cœur créé pour le ciel, après lequel j'aspire, espérant d'y parvenir par la Miséricorde divine et d'être ainsi uni à jamais à mon Créateur et Rédempteur dans la société des saints, et entièrement absorbé en Lui. Je Lui dévoue donc mon cœur et tout ce que je suis, et tout ce qui dépend de moi, pour être à toujours son fidèle serviteur.

Je le remercie de toutes mes forces de tant de miséricordes qu'il a exercées envers moi depuis le premier instant de ma vie, et entre autres de m'avoir fait naître de parents catholiques, sincèrement et fortement attachés à la foi de l'Église catholique, apostolique et romaine; laquelle ils m'ont fait sucer avec le lait. C'est aussi dans cette foi et dans cette Église, hors desquelles je professe qu'il n'y a pas de salut, que je veux continuer sans cesse à vivre et enfin mourir, et de même dans une obéissance parfaite et entière envers le Pontife Romain, vicaire de Jesus-Christ et ses décisions, déclarant itérativement ici, après l'avoir tant de fois professé, que je soumets très humblement tous mes écrits à son jugement, voulant dès à présent pour lors corriger ou révoquer, où qu'il y jugerait un jour demander correction ou révocation.

C'est dans cet esprit de soumission que, passé plusieurs années, je lui ai fait parvenir ces écrits par une occasion favorable et sûre, et je sais qu'ils n'ont pas tardé de lui être remis.

Je remercie grandement toutes les personnes qui ont eu charitablement l'attachement de venir à mon secours depuis nombre d'années, où, dépouillé, j'ai été obligé de vivre de bienfaits et de dons. Je n'ai pas manqué de recommander ces personnes au Seigneur et j'espère de le continuer le reste de ma vie.

Je demande humblement pardon à tous ceux qui, dans tant de combats ou questions que j'ai eu à soutenir, j'aurais peut-être, contre les sentiments pourtant de mon cœur, offensés, et je pardonne de tout mon cœur à tous ceux qui m'ont of-

fensé ; et j'offre au Seigneur, pour leur bien et bénédiction, l'acceptation des peines qu'ils m'ont causées.

XXII. 1783. Petrus Franciscus Van Audenroede, ex Lombeek beatae Mariae Virginis, natus 25 aprilis 1751. Anno 1772 e paedagogio Porci primus in artibus; hinc inter alumnos sacrae theologiae in collegio Adriani VI adscriptus, presbyter anno 1775, S. T. licentiatus 26 januarii 1780, et J. U. licentiatus 22 augusti 1782. 28 martii 1781 inter philosophiae professores in Porco adlectus in locum domini Verlat dimittentis; quam lectionem retinuit usque ad 12 aprilis 1793. Varias interea vicissitudines Universitatis Lovaniensis expertus tempore seminarii generalis, a Josepho II erecti anno 1786 et extincti anno 1789, ad collegium minus reversus est anno 1790, et constituitur in divi Petri primae fundationis canonicus praebendae, cui annexa erat cathedra juris canonici seu lectio ad decretales. Obiit Lovanii 15 septembris 1828.

Fundatores bursarum in collegio minori theologorum (1).

1. *Nicolaus de Porta*, rector seu persona ecclesiae parochialis de Hamont in principatu Leodiensi, anno 1479 sub Sixto IV consensit in unionem sive incorporationem auctoritate apostolica faciendam collegio magistrali facultatis sacrae theologiae, ad opus pauperum studentium in collegio sancti Spiritus. Possidentur in hoc collegio *bursae IV*.

2. *Conradus de Sarto*, Leodiensis, decretorum licentiatus, canonicus et custos ecclesiae cathedralis sancti Lamberti, praepositus Mechliniensis et ibidem in magno senatu Belgico consiliarius, Lovanii defunctus 6 februarii 1502, sepultusque in choro Carthusiae, ubi et cellam fundavit, et missam quotidianam in sacello clericorum seu sancti Antonii. *Bursa I.* Item reliquit reditum annuum quatuordecim florenorum in emptionem bovis (2).

(1) Extrait des *Fasti academici* de Paquot.

(2) Voyez, sur cette fondation et sur la personne de son fondateur, ci-dessus, p. 178.

3. *Catharina Pinnocx*, Lovaniensis, quondam uxor Liberti de Meldert, domini de Budinghen, etc., defuncta 11 martii 1513, praeter alia alibi legata donavit collegio sancti Spiritus domum suam, quae deinde cessit huic collegio.

4. *Antonius Wilhelmi a Poortvliet*, S. T. baccalaureus, regens Castri, anno 1514. *Bursae IV.*

5. *Joannes Briart*, Belliolanus, S. T. doctor et professor, anno 1520. *Bursa I.*

6. *Guilielmus Joannis de Vianen*, S. T. doctor ac plebanus ad sanctum Petrum, anno 1529. *Bursae II.*

7. Carolus V, imperator, auctoritate Pauli IV, pontificis maximi, prioratum Bierbecanum theologicae facultati univit sub certis oneribus, etiam instituendi bursas aliquot. Itaque facultas ex iis bonis alit quinque bursarios in hoc collegio, quae *fundatio Bierbecana* dicitur. *Bursae V.*

8. *Joannes Martini de Schoonhovia*, S. T. baccalaureus, decanus et pastor Culemburgensis apud Geldros, qui anno 1557 flexis genibus animam Deo reddidit. *Bursa I.*

9. *Ruardus Tapper*, S. T. doctor, praeter alia fundavit bursam unam theologicam, huic collegio postea attributam. *Bursa I.*

10. *Bokeldus Cornelii*, Delphensis, et in ejus urbis agro Woudanae ecclesiae pastor, anno 1561 fundavit bursam unam, quae paulo post extincta est turbis Batavicis. *Bursa I.*

11. *Maria Van der Meeren*, Antverpiensis, antea nupta Aegidio Van Breusseghem, vidua moritur 15 julii 1573. Fundavit bursas duas : *Breuseghemianam* ante obitum, *Meranam* ultima voluntate. *Bursae II.*

12. *Aegidius Wallius*, Brugensis, S. T. doctor et professor, anno 1603 moriens fundavit bursas septem (hic nunc quatuor), praeferens eos, qui mitterentur a Bogardicae scholae apud Brugenses moderatoribus. *Bursae IV.*

13. *Antonius Bruyninex*, S. T. licentiatus, canonicus et archidiaconus Sylvaeducensis, fundavit anno 1615 *bursam unam* modicam.

14. *Egbertus Spitholdius*, S. T. licentiatus, canonicus et plebanus ad beatam Mariam Virginem Antverpiae.

15. *Arnoldus Mulvoisin*, rector ecclesiae in Opprebais Brabantiae Gallicae, ante Lovanii ad divum Jacobum canonicus, mortuus Lovanii 27 septembris 1635, fundavit *bursam* anno 1628.

16. *Gisbertus Conventinus Corselius*, Leodiensis, anno 1648 fundavit *bursas II*, possidendas vel in paedagogio Castrensi a philosophiae studioso, vel in minori collegii sancti Spiritus.

17. *Henricus Haulthomme*, J. U. licentiatus et professor, praeses collegii sancti Ivonis, fundavit *bursas II*. Fundatio haec collegio minori ab executionibus extremae ejus voluntatis fuit adscripta 15 januarii 1654.

18. *Andreas Laurent*, S. T. doctor, qui obiit 13 maji 1679, fundavit *bursam unam* septuaginta circiter florenorum.

19. *Antonius De Leuze*, Namurci ad beatam Mariam Virginem canonicus, fundavit *bursam unam*, percipiendam primum 6 februarii 1683.

20. *Ludovicus Parmentier*, pastor in Corbaix, Gallicae Brabantiae pago, fundavit anno 1715 *bursam unam*.

21. *Bertrandus Fontaine*, pastor in Froidlieu provinciae Luxemburgensis, praeter alias bursas in majori et Standonico collegiis, *unam* hic extremis tabulis fundavit anno 1747. Res post aliquam contentionem expedita fuit anno 1756.

État des revenus des fondations annexées autrefois au petit collège des théologiens, dit du Saint-Esprit (1).

A. *Fondations administrées par la commission provinciale du Brabant.*

Fondateurs.	Revenus. Frs	Ces
1. Leuze (Antoine De)	212	25
2. Parmentier (Louis)	134	00
3. Pinnocx (Catherine), fondation de messes. .	68	50

B. *Fondations administrées par le bureau du séminaire de Malines.*

1. Biens communs	406	63
2. Personnat de Schyndel.	359	92
3. Briart (Jean), Bruyninex (Antoine), Laurent (André), et Malvoisin (Arnold)	118	25
4. Fontaine (Bertrand).	208	20
5. Haulthomme (Henri).	112	34
6. Meeren (Marie Van der), veuve de Gilles Van Brusseghem.	331	48
7. Poortvliet (Antoine *Wilhelmi*, fils de Guillaume, de)	117	67
8. Spitholdius (Egbert).	213	12
9. Tapper (Ruard)	113	95
10. Vianen (Guillaume *Joannis*, fils de Jean, de) .	98	97
11. Wallius (Gilles)	690	02

Note complémentaire pour l'histoire du petit collège du Saint-Esprit.

Après la suppression de l'Université en 1797, le petit collège fut donné en location par la direction du prytanée français, et servit d'auberge pendant quelques années. Présenté en vente publique le 29 avril 1807, il fut acquis par un nommé Goyens, marchand de bois, pour la somme de 18,700 francs, et converti en habitations particulières.

(1) Dans ce tableau nous indiquons les revenus actuels des anciennes fondations d'après le compte de l'année scolaire 1876-1877.

2. Collège de Saint-Ives ou des bacheliers.

Le collège de Saint-Ives, comme ceux de Saint-Donatien et de Winckelius, était destiné exclusivement aux étudiants des facultés de l'un et l'autre droit, *utriusque juris*, c'est-à-dire qui s'appliquaient à l'étude du droit canonique et du droit Romain ou civil. Il portait trois noms différents. On l'appelait : 1° le collège *des juristes*, parce qu'il dépendait directement des facultés de droit et que les étudiants de ces facultés y étaient seuls admis ; 2° le collège *de Saint-Ives*, parce qu'il était dédié particulièrement au saint évêque de Chartres de ce nom, patron des avocats ; enfin 3° le collège *des bacheliers*, parce que le corps des bacheliers ès-droits y tenait ses séances hebdomadaires. C'est sous ce dernier nom qu'il était le plus connu au siècle passé et qu'on le connaît encore aujourd'hui.

Nous indiquons, à la suite de chaque passage, la source où nous l'avons puisé. La série des présidents est empruntée à Bax ; nous y avons intercalé quelques additions trouvées dans les *Fasti academici* manuscrits de Paquot.

Collegium sancti Ivonis, vulgo juristarum.

Collegium hoc, divo Ivoni dicatum, vulgo vocant *juristarum*. Dicitur et *baccalaureorum*, quia in eo collegium baccalaureorum J. U. hebdomadaria disputationum exercitia habet, dirigente et praesidente decano. Primus vero collegii hujus

auctor atque institutor fuit Robertus de Lacu, vulgo *Van den Poel*, Gandensis, J. U. doctor et sacrorum canonum antecessor primarius, canonicus et poenitentiarius cathedralis ecclesiae Sylvanectensis *(Senlis)* in Gallia, decanus et canonicus ecclesiae collegiatae beatae Mariae Virginis in civitate Trajectensi ad Rhenum, necnon ab anno 1477 ad 1482 ecclesiae sancti Donatiani Brugis canonicus. Qui, condito anno 1483, 26 junii, testamento, domum, quam inhabitare solet, sitam in *Nova platea* « legavit facultatibus utriusque juris ad opus » unius collegii pro pauperibus ac honestis scholaribus, » studentibus in eisdem facultatibus, perpetuo habendam ac » possidendam (1) ». Vivere autem desiit eodem die, 26 junii 1483, Lovanii, tempore obsidionis Trajectensis; sepultus in monasterio canonicorum regularium sancti Martini, qui anniversariam ejus commemorationem faciunt ad diem 26 junii. Dictae vero facultates domum vicinam domui collegiali (quae et fundatoris fuit, possideri atque habitari ante solita a Gerlaco Bontio, legum doctore et professore) anno 1526 deputarunt duobus ipsius fundatoris bursariis; ab iisdemque facultatibus provisores collegii tres quotannis circa festum Epiphaniae certo ordine eliguntur,qui praesidem constituunt, Ita fere Valerius Andreas in *Fastis academicis*, 2ª ed., pp. 295-296.

Habent facultates utriusque juris unum commune collegium, *juristarum* vulgo nuncupatum, quod non unum sed plures habet per successus temporum fundatores. Prima illius erectio est in anno 1483 ex testamento domini et magistri Roberti de Lacu, utriusque juris doctoris, quo dictis facultatibus reliquit domum suam Lovanii sitam in *Nova platea*, ex qua constituta est domus collegialis, et ex adjectione executorum dicti testamenti erecta est una bursa viginti duorum florenorum. Suc-

(1) Le passage placé entre guillemets est emprunté textuellement au testament du fondateur.

cessive ex fundationibus aliorum accesserunt adhuc septemdecim aliae bursae, sed inaequali valore. Quaedam sunt de octodecim, quaedam viginti, quaedam viginti quinque, quaedam triginta, quaedam triginta sex, una de quadraginta florenis. Quae bursae pro maxima parte certis familiis vel locis sunt addictae et affectae, paucae ad collationem dictarum facultatum seu provisorum.

Huic collegio a facultatibus praeficitur regens seu praesidens, sub commodo unius bursae, quae ad dispositionem facultatum pertinet; et quod praesidenti ad plenum victum deest, suppletur ex peculio dictarum facultatum; ex quo etiam habet stipendium annuum viginti octo florenorum.

Ratio vivendi in hoc collegio communis esse solet in communi mensa et communi sumptu, in quo unusquisque bursarius per singula semestria supplere debet quanto plus consumptum est, quam cujusque bursa praestat.

Quibus bursariis quoque cedunt commoda et emolumenta, quae percipiuntur ex aliis convictoribus in eodem collegio expensas suas ementibus.

Proventus hujus collegii et bursarum consistunt omnes in annuis personalibus aut realibus reditibus, ultra unam domum, quae dicto collegio proxime adjacet; quae nunc (anno 1589) locata est quadraginta florenis annuis, et quae in praeteritis aliquot annis, durante hospitatione militari, gratis seu precario habitari permissa est ad illius praeservationem, absque quo tota domus in ruinam procubuisset.

In principio anni 1578 erant in dicto collegio residentes sexdecim bursarii, qui omnes statim, superveniente tunc praesidio militari, diffluxerunt, nullo remanente.

Eo tempore dicti collegii praesidens erat dominus et magister Ludovicus Luenis, utriusque juris licentiatus, qui in dicto dicti anni 1578 principio gravatus exorbitantissima hospitatione militum Burgundionum, diffluentibus omnibus bursariis, ipse quoque praetactae hospitationi impar, collegium reliquit et ad domum suorum parentum migrans, paulo post ibidem peste correptus decessit; sic quod collegium sic desertum et insolentiae militari relictum, pessime

habitum et tractatum fuerit, maxima parte supellectilis direpta, domo in multibus partibus, ablatis ostiis et fenestris aliisque plurimis tignis, eviscerata, parte etiam aedificii totaliter ad ignem et focum detracta, tota bibliotheca spoliata, et ne quidem relictis illius elegantibus et sumptuosis pulpitis. Quae bibliotheca per ibi hospitatos milites cuidam extraneo vendita et ad avehendum convasata, diligentia quorumdam ex his facultatibus retracta et recuperata est; sed, in monasterio Augustiniensium ad certiorem custodiam deposita, pro maxima parte iterum postea periit. Sic et usque adeo, quod dictum collegium, ita male tractatum, pro maxima parte adhuc inhabitabile sit.

In cujus et proxime vicinae domus reparationem, ex peculio dictarum facultatum et praeerogatione pensionis mercedis dictae proximae domus, eaedem facultates sumptum facere coeperunt et prima quaeque necessaria ad ostium et fenestras reparare. Ad cujus plenam reparationem, etiam omissa restitutione diruti aedificii, magna admodum summa opus esset.

In hoc collegio de praesenti gratuitam habitationem habet, qua parte habitabilis est, dominus et magister Ludovicus Carrion, juris utriusque doctor, qui suo sumptu in eo vivit tantisper, dum dictum collegium ad alium statum perducetur. Cujus difficilior erit potestas propter communem difficultatem in solutionibus redituum. Patientur tamen facultates has bursas possideri ab iis, quibus conferentur, non suo tamen, sed cujusque bursarii onere persequendi solutionem redituum cujusque suae bursae, et vivendi in dicti collegii parte habitabili propria sua quadra tamdiu, donec collegium ad pristinum statum perduci, hoc est, communis familia communisque culina, sub regimine praesidentis seu praesidis, restitui et interteneri poterit; cujus minor est spes, durante rerum omnium caritate.

Optarent quoque dictae facultates se aliquem posse invenire, qui in dicto collegio familiam ipse instituat, convictoresque in eo alat, cui bursarii adjungantur cum commodo suae bursae, addituri quod ad justas expensas desiderabitur.

Sed perdurans temporum difficultas omnes ab instituenda vel alenda familia avertit.

Reditus hujus collegii recipiuntur per bedellum dictarum facultatum sub stipendio vicesimi denarii.

Provisores et visitatores dicti collegii a dictis facultatibus singulis annis constituuntur tres, sive doctores, sive licentiati; qui in praesenti sunt dominus et magister Gerardus Caverson, Petrus Gudelinus, juris utriusque doctores, et magister Gregorius Wytfliet, juris utriusque licentiatus,

(Extrait du rapport sur l'état des collèges de l'Université de Louvain en 1589.*)*

In ea collegii parte, quae ab incendio servata fuit, multis annis domicilium habuit Ludovicus Carrion, J. U. doctor, qui et praesidentiam hujus collegii ab anno 1587 ad 1593 gessit, ac in collegio seu praedicta domo obiit 23 junii 1595. Et restauratum tandem fuit collegium. Ita Vernulaeus, *Academia Lovaniensis*, Lov. 1667, p. 115.

Tum et sub praesidentia Henrici Haulthomme, defuncti 17 aprilis 1633, collegium varie intus extraque instauratum fuit.

Demum anno 1776, sub praeside Emmanuele Lints, J. U. licentiato, legum professore ordinario et secundae fundationis in divi Petri canonico, destructa veteri baccalaureorum utriusque juris schola, aedificatum fuit aedificium magnificum versus plateam, in quo est nova baccalaureorum schola et porta collegii, cui imposita est haec inscriptio :

COLLEGIUM S. YVONIS
VULGO BACCALAUREORUM J. U.
FUND. ANNO 1483.

Praesides (1) *collegii sancti Ivonis, vulgo juristarum seu juris utriusque baccalaureorum.*

I. Petrus de Thenis, Lovaniensis, J. U. doctor, instaurato collegio, constitutus est anno 1495 praeses, praefuitque ad

(1) Initio vocabantur *praepositi*. *Note de Paquot.*

annum 1498. Obiit 10 decembris 1523; conditus ad sanctum Petrum. Vide J. U. doctores.

II. 1498. Henricus de Minori Villa, alias dictus *Deulin* vel *de Marville*. Ab anno 1477 decretorum doctor. Vide J. U. doctores.

III. 1500. Ewaldus Vinck. Alibi non legitur et obitus ignoratur.

IV. 1503. Livinus Leschamps, de Gandavo. Alibi non legitur et obitus ignoratur.

V. 1519. Thomas Coroible vel Courouble, de Insulis, J. U. licentiatus et professor. Forte professor extraordinarius, cum inter professores ordinarios non inveniatur. Obitus ignoratur.

VI. 1521. Judocus Vroye, sive Vroede, de Gavere, alias *Judocus Laetus Gaverius*, ab anno 1520 J. U. doctor. Obiit 10 februarii 1533. *Necrologium* divi Petri habet 31 decembris. Vide J. U. doctores.

VII. 1539. Petrus Pellens, de Blisia (Munsterbilsen). Ita *Fasti* habent; unde vacasset ad minus praesidentia sex annis, nisi forte Judocus Vroye, filius Judoci, J. U. doctoris, praefuisset ab obitu patris ad hunc annum 1539. Vel est mendum vel error in anno 1539, loco 1536. Obitus ignoratur.

VIII. 1540. Vulmarus Bernaerts, ab Eecke, tunc J. U. licentiatus et professor, factus anno 1547 J. U. doctor. Obiit Lovanii 23 januarii 1570, aetatis 60 annorum; adeoque stylo veteri anno 1569. Vide Hoynck van Papendrecht, *Analecta belgica*, I, part. II, p. 503, et J. U. doctores.

IX. 1544. Joannes Calewaert, Rollariensis. Alibi non legitur et obitus ignoratur.

X. 1545. Severus Vander Hoeven, J. U. licentiatus, et a 28 junii 1540 juris canonici professor et secundae fundationis

in divi Petri canonicus. Obiit 21 februarii 1579 (juxta computum) (1).

XI. 1554 vel 1555. Joannes Valerius, alias *de la Val*, Aldenardensis, J. U. licenciatus, anno 1557, mense augusti, Academiae rector electus fuit. Obitus ignoratur. Habetur in *Bibliotheca Belgica* Joannis Francisci Foppens, p. 742, Joannes de la Val; quaeritur an noster.

XII. 1559. Mattheus Ruckebusch, Casletanus, J. U. licentiatus et professor codicis ac secundae fundationis canonicus; factus dein anno 1562 collegii sancti Donatiani praeses. Tandem a rege catholico nominatus episcopus Gandavensis, dum confirmationis literas Roma expectat, moritur Montibus Hannoniae 19 aprilis 1586. Vide praesides collegii sancti Donatiani.

XIII. 1560. Theodorus Esserius, Wassenburgensis, Clivius. Alibi non nominatur et obitus ignoratur.

XIV. 1562. Gisbertus Schoock, Bommelensis, Gelder. Hinc anno 1565, factus praeses collegii sancti Donatiani, et anno 1570 J. U. doctor renuntiatus. Moritur peste anno 1573, in collegio sancti Donatiani. Vide J. U. doctores.

Coram Wamel in actis, 15 novembris 1571, nominatur Gisbertus Stock, J. U. doctor.

XV. 1565. Joannes de Abiete, vulgo *Vanden Abeele*, Leeuwensis, J. U. licentiatus, et dein 13 septembris 1750 juris canonici professor et secundae fundationis canonicus, dum adhuc huic collegio praeerat. Obitus ignoratur.

Anno 1577, 5 octobris, coram Wamel in actis quidam Joannes de Abiete, J. U. licentatus, erat canonicus Daventriensis.

(1) Bax met en marge : 21 *junii* 1586 *erat coram Wamel ;* et il ajoute encore : 14 *julii* 1587 *erat in prima (fundatione?)*, c'est à-dire : *Le* 14 *juillet* 1587, *il figure comme chanoine de la dremière fondation.*

XVI. 157.. Ludovicus Leunis, Lovaniensis, J. U. licentiatus. Erat 1 februari 1577 hujus collegii praeses, dum per resignationem Corouble accepit lectionem institutionum juris civilis et secundae fundationis canonicatum, cujus possessionem 7 martii 1577 adiit. Anno 1578, mense augusti, Academiae rector eligitur, et eidem dignitati immoritur 30 septembris 1578 in paterna domo, occupato collegio praesidio militari.

XVII. 1578. Joannes Vermy, Hagaecomitanus. Alibi non legitur et obitus ignoratur.

XVIII. 1587. Ludovicus Carrion, Brugensis, ab anno praecedenti, 1586, J. U. doctor. Habitavit in ea collegii parte, quae ab incendio servata fuit. Praesidentiam, postquam eam per sexennium gessisset, dimisit anno 1593. Obiitque in hoc collegio 23 junii 1595 (1), biennio circiter postquam praesidentiam dimisisset. Vide J. U. doctores.

XIX. 1593. Joannes Varicius, vulgo *Van Varick*, Delphensis, J. U. licentiatus. Nominatur *Ludovicus Van Varick*, verosimiliter erronee loco *Joannis*, apud Paquot, *Mémoires*, ed. in-12, XII, p. 59.

XX. 1594. Petrus Vermy, Ultrajectinus, J. U. licentiatus; anno 1595 renunciatur J. U. doctor. Obiit 25 novembris 1621; conditus Lovanii in divi Petri ad aram divo Ivoni sacram. Vide J. U doctores.

XXI. 1611. Jacobus Santvoert, Amersfortius; tunc J. U. licentiatus et professor. Factus anno 1613 J. U. doctor. Praefuit ad annum 1614. Obiit Lovanii 3 maji 1663; sepultus ad sanctum Jacobum. Vide J. U. doctores.

XXII. 1614. Andreas Mantels, Tungrensis; J. U. licentiatus, postea canonicus ad sanctum Servatium Trajecti ad Mosam. Alibi non legitur et obitus ignoratur.

XXIII. 1624, 1 *decembris*. Guilielmus Van de Velde, Bruxellensis; anno 1610 in artibus e paedagogio Falconis primus,

(1) Juxta computum obiit 20 junii; unde forte 23 junii sepultus.

dein in Lilio philosophiae professor primarius, necnon J. U. licentiatus; factus hujus collegii praeses 1 decembris 1624; adhaec a 23 julii 1629 sacrorum canonum professor et in divi Petri secundae fundationis canonicus; postremo ecclesiae metropolitanae Cameracensis canonicus. Anno 1625 Academiae rector electus fuit.

Scripsit *De privilegiis nominationum Academiae Lovaniensis* tractatum doctissimum, qui hactenus manuscriptus apud plures academicos legitur.

XXIV. 1628. Henricus Haulthomme (1), Marchiensis in Famenna ducatus Luxemburgensis, J. U. licentiatus et presbyter, eligitur 1628 (forte 2 augusti) hujus collegii praeses. Tum anno 1624, 31 augusti, fit institutionum juris civilis professor et in divi Petri secundae fundationis canonicus; adhaec anno 1636, erecta bibliotheca academica, illius quaestor constituitur. Academiae rector annis 1639, 1643 et 1651 electus fuit. Collegium varie intus extraque instauravit. Condito testamento 14 aprilis 1653 coram Le Noire, obiit 17 aprilis 1653, relicta fundatione pro bursis, quae 15 januarii 1654 per executores testamenti erecta fuit. Sepultus fuit in conventu sanctae Clarae Lovanii.

« Henr. Haulthomme fit canonicus ad sanctum Germanum Montibus 1634, ait Boussu, cui succedit eodem anno Hieronymus Du Bois. » Ita Paquot.

XXV. 1653. Martinus Bredael, Alostanus, J. U. licentiatus et presbyter. Hinc anno 1656 fit praeses collegii Winckeliani (2), et anno 1659 J. U. doctor renuntiatur. Obiit 27 decembris 1565; sepultus apud Dominicanos Lovanii. Vide J. U. doctores.

XXVI. 1656, *mense circiter augusti.* Natalis Chamart, ex Gaurain in agro Athensi, natus inter 24 et 25 decembris,

(1) Son nom de famille était probablement *Haulthomme*, et non pas *de Haulthomme*, comme l'écrit Bax.

(2) « Circa 22 julii succedit paucis post diebus N. Chamart. » *Note de Paquot.*

eaque occasione *Natalis* dictus. J. U. licentiatus et professor, et anno 1659 J. U. doctor renuntiatus. Praesidentiam anno 1667 dimisit. Obiit Lovanii in domo seu collegio patrum Oratorii Domini Jesu 10 septembris 1699, aetatis 78° anno; sepultus ad sanctam Gertrudem in coemeterio. Vide J. U. doctores.

« Natalis Chamart, quum hoc collegium *suscepisset tam vacuum supellectile et aere proprio quam gravatum alieno* (verba sunt in hujus praesidis *Elogio funebri* typis excusso) *mox id instruxit rebus omnibus necessariis ac imprimis pietate, et pauco tempore multis millibus auxit. Deseruit vero*, ut ibidem legitur, *ob impatiens vitiorum odium* anno 1669, recens creatus sacrorum canonum primarius antecessor. » Ita Paquot.

XXVII, 1667, 26 *octobris* electus, et 4 *novembris* in possessionem missus Bartholomaeus De Pape, ex Tourinnes les Ourdons prope Geldoniam in Gallo-Brabantia, filius Henrici et Julianae Haubruge, baptizatus 14 februarii 1625. Anno 1646 in artibus promotus; J. U. licentiatus et vacantiarum professor (*sic*) necnon paedagogii Lilii subregens. Nominatione facultatis artium canonicatum in cathedrali Brugensi 31 julii 1662 obtinuit, quem anno 1663, mense junio, permutavit seu resignavit Gerardo Van Rhyden. Factus dein anno 1667 hujus collegii praeses, subregentiam 4 decembris 1667 dimisit. Annis 1671 et 1673 Academiae rector electus fuit. Obiit 9 martii 1685. Vide J. U. doctores.

« Fuerat Lilii alumnus et in scholis artium 16us anno 1646.» Ita Paquot.

XXVIII. 1685, *mense martio*. Defuncto De Pape, electus est in praesidem Dominicus Snellaerts, Antverpiensis, J. U. licentiatus et philosophiae in paedagogio Falconis professor; hancque praesidentiam mense majo ejusdem anni 1685 dimisit. Obiit Antverpiae 3 martii 1720.

XXIX. 1685. Post demissionem Snellaerts electus est praeses Jacobus Philippus Van Horne, Bruxellensis, J. U. licentiatus. Orta dein contentione super hac electione, coactus

fuit praesidentiam anno 1699 deserere. Obiit Bruxellis 21 augusti 1722, ejusque domus mortuaria deserta debitrix collegio mansit ad 9077 florenos, 5 stuferos, 2 denarios.

« Jacobus Philippus Van Horne, Bruxellensis, Lucae illic causarum patroni et Annae Mariae Vits filius, presbyter. J. U. licentiatus. Praefuit huic collegio annis..., ac inde, lite intentata, discedere anno 1699 compulsus est. Obiit anno 1722, tumulatus 21 augusti vespere, in paroecia Bruxellensi Finisterrae. » Ita Paquot.

XXX. 1699. Guilielmus Leunckens, Lovaniensis, J. U. licentiatus et professor institutionum juris civilis (1), et in divi Petri secundae fundationis canonicus, octies Academiae rector electus. Obiit in hoc collegio 7 novembris 1721.

« Anno Domini 1721, 7 novembris, obiit in Domino reverendus admodum consultissimusque dominus Guilielmus Leunckens, sacrae Romanae Ecclesiae presbyter, canonicus in divi Petri, praeses collegii sancti Ivonis, institutionum juris civilis professor regius. Natus erat Lovanii 2 februarii 1666, familia, quod satis ex historia constat, utrimque longe antiquissima atque imprimis honorata, patre Henrico Leunckens, matre Joanna Vrancx. Presbyter ordinatus anno 1691, licentiae gradum in U. J. suscepit biennio posterius. Rector magnificus primum electus est anno 1701, ultima augusti, ac, post semestre repetitus, integrum annum eam dignitatem continuavit. Fuitque in eo difficili munere intra 16 annos in universum octies, tanta aequitate, patientia, industria, diligentia, ut, quod hodie difficillimum est, omnes confessi sint in medium a viro hoc toti Academiae fuisse consultum. Disciplinam sic amavit et tenuit, ut una paci publicae, quantum ejus fieri poterat, prospiceretur. Prolixo rerum usu subactum cum haberet sanissimum alioquin et a natura judicium, saepe ad ardua deputatus est negotia, eaque summa prudentia expedivit. Aptus imprimis ad alloquendos viros

(1) « Legum professor extraordinarius, deinde regius ad paratitla decretalium aut codicis. » Ita Paquot.

primores; quod semper sibi esset praesentissimus, semper gravissimus, immo semper idem. Hic erat, qui ante hos 13 annos, in celeberrimo coetu, quem *Junctam* vocarunt, cum selectis consiliariis Brabantiae, Academiae toti, quae pestifere turbata fuerat, optatam reddidit quietem. Hujus viri de meritis maxime omnes praeclare locuti fuerunt, quibus maxime post ipsum cordi fuit Universitas tota : ipse omnium minime, immo numquam. Vixit Deo et Academiae, bonis academicis sine dubio deflendus. Abhinc 6 hebdomades in ultimum incidit languorem, amissoque crebro sanguine, cum periculum sentiret mortis, Ecclesiae sacramenta multo cum devotionis sensu suscepit, dolores patienter tulit; utque vixit in christiana pietate semper, ita pie mortuus est. Sed peccare agnatum est omnibus. Habeamus ergo sanctam et salutarem cogitationem pro defuncto exorandi, ut a peccatis absolvatur. R. I. P. » *Scheda mortuaria.*

XXXI. 1721. Gaspar Magermans, Antverpiensis, natus 16 octobris 1685, patre Christiano, matre Margerata Gelys, literas humaniores in patria apud patres Augustinianos, tum in scholis Ghelensibus, dialecticam vero in gymnasio sanctissimae Trinitatis Lovanii didicit, atque anno 1705 inter artium magistros e paedagogio Castri secundam palmam reportavit. Inde inter alumnos sacrae theologiae in collegio Bajano adscribitur, gradumque baccalaureatus adeptus est in sacra theologia; ex quo 2 augusti 1710, (paucos ante dies ad sacerdotium evectus) a dominis Falconensibus exposcitur in philosophiae professorem in locum clarissimi domini Bauwens, jurisconsulti celeberrimi. Quo munere usque ad annum 1728 summa cum laude functus est, in docendo accuratus et dilucidus, in disputando fortis et subtilis, in custodienda disciplina collegiastica regentis instar vigilantissimus. In hoc munere cum recenter ageret, praedecessoris sui Bauweaii hortatu et exemplo persuasus, studium juridicum arripit, et 15 octobris 1716 licentiae laurea in utroque jure donatur : (gratULatUr paeDagogIUM faLConense). Interim theologiae studium nequaquam neglexit, sed singulari eru-

ditione et eloquentia ex omnibus civitatis Lovaniensis cathedris verbum Dei annuntiabat, et ad ejus amorem ac observantiam populum mira unctione incendebat.

Obtento in J. U. licentiae gradu, doctoralem meditabatur, et ad hunc se stitisset, si non tunc temporis in jure lectio cum canonicatu ei fuisset praerepta.

Interim anno 1721, vacante presidentia hujus J. U. baccalaureorum collegii, ita tunc dilapsi et obaerati, ut de eo divendendo jam deliberatum ac pene conclusum fuisset, Magermannum jurium facultates praesidem simul et restauratorem hujus collegii constituunt (anno 1746, 21 novembris celebravit jubilaeum 25 annorum praesidentiae), quippe qui statim, praeerogatis de suo patrimonio plus quam tribus millibus florenorum, ut urgentiora collegii debita solveret, eique de necessariis mobilibus provideret, industria sua ad pristinum splendorem sancti Ivonis collegium perduxit, atque interim in eo novos informavit Ivones, veros nempe juris peritissimos, qui in tribunalibus regiis et in civitatibus jus dicentes rempublicam Belgicam in partibus sibi commissis aequa lance moderati fuere.

Praeses licet factus ab anno 1721, philosophiae tamen professionem ad annum 1728 continuavit, donec in cathedrali Antverpiensi canonicatum obtinuit, recusato etiam canonicatu graduato in cathedrali sancti Bavonis Gandavi, ad quem unanimi suffragio anno 1729 adlectus fuerat. Itaque, dum hic a praebenda sua Antverpiensi, in qua residere firmiter intenderat, ut moris est, jejunat, totum se Universitatis negotiis, singulari in Almam Matrem pietatis affectu ductus, impendit, maxime vero procurando splendori bibliothecae ejus potissimum hortatu et cura anno 1723 extructae, et jam ante per amplissimum dominum Snellaerts Magermanno nostro, amicorum ejus primo, innumeris et exquisitissimis libris anno 1720 donatae ex testamento.

Suscepit quoque Magermannus anno 1720 sumptibus propriis legationem, ut illustrissimos Brabantiae ordines aliosque viros Belgii primores ad munificentiam in extructionem sumptuosissimi aedificii pro collocanda bibliotheca Snellar-

tiana aliisque Universitatis libris solita sua eloquentia provocaret. Quapropter, tota adstipulante Academia, in bibliothecarium eligitur; cujus partes omnes et summo Universitatis bono et maximo cum honore peregit, tam academicos quam extraneos pro more suo humanissime excipiens, eisque non ex *superiori* tantum sed ex *inferiori* quoque bibliotheca (nam et huic, scilicet caveae vinariae, etiam praeerat) suis sumptibus omnis generis libros exhibere semper paratus erat.

Dein anno 1720 unanimi suffragio in rectorem magnificum hujus Universitatis assumitur; qui honos decem postea repetitis vicibus eidem delatus fuit et saepius etiam oblatus. In hac sublimi dignitate positus, talenta ei divinitus tradita ad utilitatem publicam, Academiae praesertim, collocavit.

Nactus erat animum naturaliter bonum, inimicus aut molestus nemini, affabilis omnibus, sincerus et candidus cor in ore gestabat; profusus in egenos, liberalis in omnes cum hilaritate, mitis admodum et vindictae nescius; sed vel maxime pacis et concordiae sectator studiosissimus, adeo ut, rectoris Academici munere fungens, in id laboraret potissimum, ut inter Universitatis membra primaria stabilis conservaretur pax et concordia, ne per discordias internas res academica dilaberetur. Eodem pacis studio subditorum causas ad eum ut judicem academicum delatas amicabili passim transactione sopiebat, addito etiam frequenter de suo.

Principem regium Carolum Lotharingicum, Belgii gubernatorem, tota stipatus Academia, rector existens tribus vicibus salutavit : 1ª dum, bello finito, patriae habenas, toto plaudente Belgio, resumpsit princeps optimus; 2ª dum hallas nostras in actu licentiae regia sua praesentia illustravit; 3ª dum regales manus canali Lovaniensi, quem condebat, admovens Carolus primum ex eo cespitem die 9 februarii 1750 (hoc tempore ultima seu undecima vice rectoratum gerebat) cum civium et academicorum exultatione, argenteo ligone effodit.

Facundiae suae talentum etiam impendebat in instructionem parvularum pauperum in schola vulgo *Den Kuythoeck*, et trium devotarum familiarum, *Maricolas* vocant, vivens

director praefuit. Tandem supremis tabulis testamentariis bibliothecam suam, omni librorum genere instructissimam, una cum variis magni pretii picturis pro camerae rectoralis exornatione legavit, ac, fatiscente corpore, post leves quasdam infirmitates obiit 25 martii 1752, circa septimam vespertinam, annum agens aetatis 67um (1).

Paquot : « Succedit eodem die »

XXXII. 1752. Leonardus Josephus Streithagen, Lovaniensis, frater consanguineus Ægidii Francisci, dein Brabantiae cancellarii vita functi 5 martii 1769. Factus 15 novembris 1723 collegii trilinguis praeses, et anno 1732 J. U. doctor renuntiatus ad hujus sancti Ivonis praesidentiam transiit anno 1752, defuncto Magermanno. Hinc anno 1757, post dominum Van Gameren fit praeses collegii Sabaudici, ibidemque obiit 23 maji 1777, aetatis circiter 80 annorum. Vide J. U. doctores.

XXXIII. 1757. Franciscus Michiels, Lovaniensis, natus 1 octobris 1717, patre Tossano, matre Theresia Joris, ex primariis civium Lovaniensium familiis longa serie oriundis. Literas humaniores ac dialecticam in gymnasio sanctissimae Trinitatis didicit, ibidemque in classibus omnibus inter primos semper praemia tulit. Anno 1737 in artibus e paedagogio Falconis, postquam pro prima linea certasset, 22us promotus; ex quo primo theologiae, ac 5 junii 1751 presbyter, ac dein post annos quatuor sese applicat jurisprudentiae studio; in hoc fisci et decani J. U. baccalaureorum muneribus summo cum applausu functus, licentiae laurea in J. U. decoratus est 29 januarii 1746, et 14 maji 1747 ad sacrorum canonum lectionem et canonicatum secundae fundationis in divi Petri promotus est; cui deinde, utpote nec chorum, nec habitum, nec religionem exegenti (sic), alius in cathedrali Brugensi superadditus fuit 11 januarii 1756 per eximium ac illustrissimum dominum Caimo, Brugensium episcopum (interim 5 junii anno 1751 sacerdotio initiatus fuit). Tum anno eodem

(1) Voyez, sur Magermans, Namur, *Histoire de la bibliothèque de Louvain*, p. 18 et suiv.

1756 (sic), 6 novembris, collegii sancti Donatiani praeses constitutus est. Quo per industriam ejus restaurato, ad collegium hoc sancti Ivonis per utramque jurium facultatem anno 1757 evocatur; illudque pari industria regens, novo aedificio, in quo refectorium, culina et habitatio domini praesidis, auxit.

Vir erat liberalis, affabilis et industrius, ultra modum tamen ab alienorum negotiis alienus, ita ut nec rectoratum academicum suscipere voluerit; sed in iis, quae officium proprium concernebant, exactissimus semper extitit; disciplinae insuper academicae et collegiasticae custos observantissimus, nocturnas praesertim evagationes et post coenam excursiones oderat et constanter impediebat, a collegio suo arcens omnes, qui hanc disciplinam apprehendere et aequis legibus, quas ponebat, se conformare recusabant.

Corpus ejus robustum vigore plenum et laboribus ferendis idoneum subito invasit febris, quam subsecuta pectoris hydropisis, eumque in dimidio dierum rapuit anno 1763, 21 julii, circa horam tertiam pomeridianam, aetatis anno 46°, post 15 tantum dierum morbum.

Paquot : « Cui post paucos dies succedit »

XXXIV. 1763. Carolus Philippus Matthys, Maldeghemiensis; anno 1751 in artibus e paedagogio Lilii 37us, S. T. baccalaureus formatus et presbyter. Anno 1760, 2 augusti, in J. U. licentiae gradum adeptus est, factus 25 julii 1763 ex procuratore collegii Driutii hujus sancti Ivonis collegii praeses. Per tria semestria, ab ultima februarii 1766 ad ultimam augusti 1767, rectoratu academico perfunctus est, annoque 1766 inter canonicos graduatos in jure in cathedrali Brugensi cooptatus, praesidentiam anno 1767 dimisit, ad residentiam discedens Brugensem. Anno 1777 ad locum consiliarii ecclesiastici in magno apud Mechlinienses concilio nominatus fuit. Extincto dein capitulo cathedrali, factus canonicus honorarius cathedralis Gandavensis, obiit Brugis 8 octobris 1807, aetatis 74°.

« Abiit Lovanio 12 septembris 1767. » Ita Paquot.

XXXV. 1767, 16 *augusti*. Emmanuel Lints, Lovaniensis, natus 2 augusti 1742. Anno 1762 in artibus e paedagogio

Castri septimus; J. U. licentiatus et presbyter; factus 16 augusti 1767 collegii hujus sancti Ivonis praeses et anno 17.. legum professor ordinarius, et in divi Petri secundae fundationis canonicus. Ab anno 1773 ad 1791 per quatuor semestria Academiae rector. Anno 1775, mense augusti, via nominationis academicae in collegiata divae Gertrudis canonicus. A 20 maji 1779 per dimissionem H. Goossens, J. U. doctoris, Universitatis syndicus. Sub hoc praeside anno 1776 aedificatum fuit versus plateam aedificium, in quo porta et schola baccalaureorum J. U. (1). « Consiliarius, vir prudens et literatus » I Paral, XXVII, 32. Hydrops ex hac vita decessit Lovanii 9 maii 1810, circa meridiem.

« Frater Francisci Balthasaris Lints, plebani et Diveani collegii praesidis ». Ita Paquot.

Fundationes bursarum in collegio sancti Ivonis.

« Habet collegium sancti Ivonis ex parte :

1. *Fundatoris* (*Roberti de Lacu*) duas bursas ;

2. *Gasparis Kinschot*, de Turnhout (2), canonici divi Petri, duas parvas bursas anno 1487, quas Gaspar Stynen, ejus e sorore nepos, advocatus Bruxellensis, auxit anno 1488 (3);

3. *Simonis de Slusa*, praepositi et archidiaconi majoris ecclesiae Ultrajectensis, medici Philippi archiducis (4), in jure canonico bursam unam anno 1499;

4. *Theodorici de Viridi Valle*, vulgo *van Groenendael*, ex Hilvarenbeek, decretorum doctoris et professoris, in jure canonico vel civili bursam unam anno 1501 ;

(1) Les plans furent dressés par A. J. Hustin, architecte à Louvain.

(2) Voyez, sur Gaspar Kinschot, ci-dessus, p. 33.

(3) « Ne ex parentela sua, aut alias ex municipio Turnhoutano, deessent earum idonei possessores, duas insuper instituit portiones, a scholaribus primum Turnhouti, ac deinde ad tempus Lovanii, donec bursam obtineant Lovaniensem, possidendas. » *Note de Valère André.*

(4) Voyez, sur Simon de Slusa, ci-dessus, p. 33.

5. *Fratris Andreae Eligii*, de Middelburgo, novitii ordinis Minorum, bursam florenorum 26, ex bonis, quae ei provenerunt ex nobili domo Bergensi; quam possideri voluit a studioso juris canonici ex dominio domini de Bergis oriundo, anno 1503;

6. *Arnoldi de Vroenhoven*, Rodensis sanctae Odae, ex bonis domicellae Catharinae Van Buetsele, prioris uxoris, bursam Rodensem anno 1514;

7. *Gualteri de Beka*, cognomento *De Leeuwe*, J. U. doctoris, in utroque vel altero jure bursas duas anno 1517;

8. *Petri de Thenis*, Lovaniensis, J. U. doctoris et decretorum professoris, in utroque jure bursam unam anno 1523;

9. *Joannis Nicolai de Palude*, Lovaniensis, ex oppido Herentalensi oriundi, decretorum doctoris et professoris, bursam unam anno 1527;

10. *Gabrielis de Mera*, Bredani, J. U. doctoris et professoris, bursam unam anno 1530;

11. *Joannis Huberti*, de Loemel, J. U. licentiati et professoris extraordinarii codicis Lovanii, postea canonici Antverpiensis et archidiaconi Famennae, bursam unam anno 1532;

12. *Christiani de Beka* (1), in utroque jure bursam unam anno 1540;

13. *Hieronymi Edelheer*, Lovaniensis, bursam unam anno 1545;

14. *Petri Cortrel* (2) in jure canonico bursas duas anno 1545;

15. *Lamberti Ten Duynen*, canonici Ultrajectensis majoris ecclesiae, ad capituli praesentationem, in utro jure bursam unam anno 1553;

16. *Laurentii Vander Linden*, consulis Lirani, apothecarii Caroli V, in utroque jure bursam Lirensem anno 1561;

(1) Voyez, sur Chrétien de Beka, ci dessus, p. 36.
(2) Voyez, sur Pierre Cortrel ou plutôt Cotrel, ci-dessus, p. 37.

17. *Vulmari Bernaerts*, primarii professoris juris canonici, in utroque jure bursas duas anno 1570. »

18. *Joannis van Schutteput*, Lovaniensis, J. U. licentiati, et Bruxellae causidici, qui testamento ibidem 2 januarii 1580 condito bursas duas fundavit : unam hic pro studioso in utroque jure, alteram in collegio Bruegeliano, singulas 42 florenorum; ad quas vocantur : 1° consanguinei fundatoris; 2° ejus conjugis Annae Van Bemmel; gaudere iis possunt annis quinque; easque conferunt hic senior facultatis juridicae doctor, in Breugeliano medicae;

19. *Joannis Wamesii*, J. U. doctoris et canonum antecessoris primarii, bursam unam in utroque vel altero jure studenti, anno 1590;

20. *Joannis Dullardi*, Trudonensis, Leodii Lambertinae basilicae decani et Trajecti ad Mosam in beatae Mariae praepositi, bursas duas anno 1608;

21. *Margaretae Merckinckx*, antea nuptae Warmboldo Van Cuyck, jurisconsulto, bursam unam anno 1617, die 23 augusti, collatis ad hanc florenis 1800. Collationem retinuit viva; post eam alii instrumento confecto nominantur, praesertim familia Cuyckiana. Praeferuntur consanguinei.

Le tableau qui précède est dressé au moyen des indications fournies : 1° par Molanus, dans son *Historia Lovaniensium*; 2° par Valère André, dans ses *Fasti academici*, et 3° par Paquot, dans ses *Fasti academici manuscripti*.

État actuel des revenus des fondations annexées autrefois au collège de Saint-Ives, dit aussi des bacheliers (1).

A. *Fondations administrées par la commission provinciale du Brabant.*

Fondateurs.

1. Beka (Gauthier de); Thenis (Pierre de); Palude (Jean de); Santvoort (Jacques); Wamesius

(1) Dans ce tableau nous indiquons les revenus actuels des anciennes fondations d'après le compte de l'année scolaire 1876-1877.

		Revenus. Frs	Ces
	(Jean); Schutteput (Jean van) et Anne Van Bemmel, son épouse	278	60
2.	Hacquius (Laurent), de Herve	494	25
3.	Limborch (Henri et Anne Van)	1313	56
4.	Magermans (Gaspar)	191	34
5.	Poele (Robert Van den), dit aussi *a Lacu*. . .	668	42

B. ***Fondation administrée par le bureau du séminaire de Malines.***

1.	Vroenhoven (Arnold de)	138	31

Note complémentaire pour l'histoire du collège de Saint-Ives ou des bacheliers.

Après la suppression de l'Université en 1797, les bâtiments du collège des bacheliers ne furent pas aliénés par le prytanée français; ils devinrent, par conséquent, plus tard la propriété de la ville de Louvain. Ils ont été donnés en location à des particuliers pendant plus de trente ans, c'est-à-dire jusqu'au moment où l'on y établit une partie des services du tribunal. Le rez-de-chaussée est actuellement affecté au tribunal de commerce et à la justice de paix; la grande salle qui donne sur la rue Neuve sert à la Société royale d'agriculture et d'horticulture; enfin la plupart des chambres de l'étage sont occupées par le greffe et divers bureaux du tribunal civil.

3. Collège de Saint-Donatien, plus connu sous le nom de collège de Saint-Donat.

Le collège de Saint-Donatien, situé autrefois rue *des Chats* ou *de Bériot*, était désigné vulgairement sous le nom de *collège de Saint-Donat;* et aujourd'hui encore le jardin public qui occupe une partie de l'emplacement de l'ancien établissement universitaire est appelé le *parc Saint-Donat.* Cependant le patron de l'institution était bien saint Donatien et non pas saint Donat. L'erreur provient probablement de ce que le collège, fondé par Antoine Haneron, était placé, du moins en partie, sous la tutelle du prévôt de Saint-Donatien de Bruges, et que, dans cette ville, on a toujours eu l'habitude de traduire le nom latin *sanctus Donatianus* par *sint Donaes* et *saint Donat.*

Collegium sancti Donatiani.

In anno Domini 1484 reverendus dominus Antonius Haneron, decretorum doctor, ecclesiae collegiatae sancti Donatiani Brugensis praepositus, fundavit in sua domo, quam habebat in oppido Lovaniensi in vico *Cattorum*, collegium pro sex studiosis in jure canonico in dicta domo cum adhaerentibus illi hortis et vineis admodum magnis ad ejusmodi collegium applicata, fundata etiam in eodem fundo una capella, in qua quotidiana missa celebraretur; pro cujus celebratione deputavit viginti florenos annuos; quinque autem bursariis singulis duodecim florenos, et sexto, qui ceteris major et loco praesidentis esset, viginti florenos.

Quibus postea accessit adhuc una fundatio unius bursae

facta per dominum Joannem de Marez ex bonis domini Christophori de Barouze de viginti quatuor florenis annuis in oppido Teneramundensi assignatis.

Stetit hoc collegium in hac tenuitate usque ad annum 1543, quo per executores testamenti reverendi quondam domini Joannis Carondelet, archiepiscopi Panormitani et praepositi sancti Donatiani Brugensis, pro augmento dicti collegii, tam in reditibus quam numero bursarum, assignatus est unus reditus centum octuaginta trium florenorum et sex stuferorum super domanio Regis in territorio Lovaniensi; et deinde anno 1547 adhuc alius reditus trecentorum septuaginta carolinorum, recognitus per dominum Joannem Carondelet, dominum de Solre, dicti archiepiscopi principalem haeredem de familia de Carondelet, fundando imprimis ex hujusmodi reditibus sex novas bursas, singulas de triginta sex florenis, praecedentes bursas primae fundationis augendo consimilibus triginta sex florenis, augendo quoque stipendium dictae missae ad viginti septem florenos, et pro stipendio praesidentis assignando sexaginta florenos annuos ultra victum. Ita quod nunc in praesenti reditus dicti collegii ascendant ad sexcentos triginta Rhenenses sex stuferos annuos; ex quibus domanium Regis debet paulo minus ducentis et dominus de Carondelet trecentos viginti, et oppidum Teneramundense triginta quatuor.

Qui reditus quum male et difficulter solvi coepissent, et nihilominus dictum collegium in plena sua administratione continuaretur, magna contracta sunt debita, ut tandem pro continua intertentione collegii necesse fuerit in anno 1574 novissime praeterito, de consensu patronorum et provisorum dicti collegii, vendere unum annuum reditum viginti quinque florenorum per primam occasionem dequitandum ex reliquis seu arriragiis dictorum redituum, quae tunc admodum magna erant, et in brevi recuperari posse sperabantur. Quam spem frustrata est sequentis temporis superveniens et diu perdurans calamitas.

Omnes fere reditus pro maxima parte sunt insoluti pro

undecim retro praeteritis annis, et aliquot etiam pro pluribus, ita quod dicto collegio ex illis debeantur circiter 4700 floreni.

Coactum fuit dictum collegium contra dominum de Crupez, unum ex familia de Carondelet, in parlamento Mechliniensi, tunc Namurci residente, litem pro antecedentibus arriragiis instituere gravissimis sumptibus; quae quidem ex parte pro dicto collegio terminata est, sed non plenae executioni mandata.

Quae solutionis difficultas et defectus ac superveniens jam saepe dictum praesidium militare in causa fuit, quod omnes bursarii dimitti debuerint, et in dicto collegio ad illius conservationem solus praesidens retineri.

Cum quo praesidente, ne ejus retentio collegio nimis onerosa esset, per provisores transactum est, ut praeter commoda horti ex reditibus collegii haberet centum florenos annuos, quibus suo sumptu in dicto collegio sese aleret, prout fecit usque ad festum Bavonis novissime praeteritum.

Cujus praesidens fuit dominus et magister Joannes Kemmerius, utriusque juris doctor; qui post discessum praesidii militaris, abhinc circiter biennio, procuravit, ut iterum constituerentur bursarii, qui cum eo in dicto collegio habitarent, sed tamen sua propria quadra viverent, ex reditibus collegii recepturi suam bursam, quae est triginta sex florenorum; qui duo bursarii adhuc de praesenti sunt in dicto collegio. Praefatus vero praesidens Joannes Kemmerius in mense octobri novissimo ex hac vita decessit.

Provisores et visitatores dicti collegii, occurrente hac vacatione dictae praesidentiae, communicatis consiliis judicaverunt consultum esse abstinere a nominatione alterius praesidentis, praesidentiamque hujusmodi ad aliquot annos suspendere, tantisper saltem, donec major numerus bursariorum recipi poterit, ut hac ratione sumptus collegii minuantur, debita solvantur, et potissimum dictus reditus viginti quinque florenorum, uti praemittitur, venditus citius dequitetur; quae fieri non possent, saltem nisi difficillime et longissime, si expensis collegii praesidens cum familia statim ali deberet.

Hoc tamen agunt dicti provisores, ut aliquis praesidens constituatur, pactione interposita, ut spe retinendae praesidentiae sola habitatione et horto ad certum tempus, ex arbitrio dominorum provisorum, contentus sit, paulo plus recepturus, quum id domini provisores commode fieri posse judicabunt, donec plene restitutum erit dictum collegium.

Patroni hujus collegii seu praesentatores sunt duo, videlicet dominus episcopus Brugensis pro aliqua, et dominus temporalis de Solre pro reliqua parte quoad collationes bursarum.

Provisores hujus collegii sunt pro tempore primarius professor in jure canonico, decanus, receptor et quatuor regentes paedagogiorum facultatis artium.

Receptor collegii nullus esse solet praeter ipsum praesidentem, qui sub supratacto ejus stipendio hoc onus subire debet.

Aedificia hujus collegii ex perseverantia dicti praesidentis in bona integritate conservata sunt in summo alioqui periculo totalis demolitionis praesertim ex situ illius.

Hujus collegii totaliter restituendi unica est via per solutionem supratactorum reliquorum seu arriragiorum.

(Extrait du rapport sur l'état des collèges de l'Université de Louvain en 1589).

Antonius Haneron, Atrebatensis dioecesis, magister Parisiensis et decretorum doctor, dominus de Steenvoirde, protonotarius apostolicus, ab anno 1446 ad sanctum Donatianum Brugis canonicus, Carolo Audaci, duci Burgundiae, cujus olim paedagogus fuerat, ac Maximiliano I a consiliis, praepositus ecclesiarum sanctae Waldetrudis Montibus Hannoniae et sancti Bartholomaei Bethuniae, tum et ab anno 1467 via permutationis cum Gisberto Brederodio pro praepositura Trajecti ad Mosam in praedicta ecclesia ad sanctum Donatianum praepositus, et ad hanc 25 decembris ejusdem anni 1467 receptus, et Flandriae cancellarius; tum anno 1477 a Gandavensibus rebellantibus, eo quod fuisset Carolo Audaci a consiliis secretis, captus. Hinc translatus ad arcem

Vilvordiensem aegre periculum capitis evasit, ac demum anno 1488 [*Fasti* et Lipsius habent 1488, Vernulaeus et Boon 1484] ex domo sua ampla et hortis amoena, quam Lovanii in *Cattorum strata*, ubi meliores juventutis ac vitae suae exegerat annos et in qua paedagogium ipse unus ex primis philosophiae professoribus jam inde ab anno 1430 habere solebat(1); atque ex facultate artium anno 1434, februario, Academiae rector electus, collegium hoc instituit cum nonnullis sed tenuibus vectigalibus, ad usum unius magistri seu praesidentis, unius item bursae seu praebendae sacerdotalis, et quinque bursariorum juri canonico studentium. Quorum institutio est penes decanum et facultatem artium. Facultas vero id muneris una cum decano commisit receptori et quatuor paedagogiorum gymnasiarchis sive regentibus. Patronus vero hujus fundationis est praepositus ecclesiae sancti Donatiani, hodie episcopus Brugensis. Obiitque fundator 10 decembris 1490; sepultus in choro sancti Donatiani Brugis.

Antonius Haneron multum allaboravit in translatione capituli Aincuriensis Lovanium ad sanctum Jacobum.

Antonius Haneron fit canonicus sancti Germani Montibus anno 1479, cui in ea praebenda succedit Aegidius Boussoit anno 1486. Boussu, *Hist.*, p. 344.

Adjecit primae huic fundationi bursam unam anno 1532 Christophorus de Barouse, equestris ordinis, dum viveret, aulae caesareae oeconomus.

Mansit autem collegium hoc sancti Donatiani in hac tenui-

(1) Antoine Haneron, qui avait étudié à l'Université de Paris, fut admis au conseil, *concilium*, de la faculté des arts, à Louvain, le 21 janvier 1430. Il enseigna dans cette faculté pendant sept ans environ et, comme la plupart de ses collègues, réunit dans sa maison un certain nombre d'étudiants auxquels il donnait ses leçons. Ce furent des établissements privés de ce genre qui dans la suite donnèrent naissance aux quatre grandes pédagogies de la faculté des arts, dont nous aurons à parler plus tard. Il semble résulter des *Actes* de la faculté des arts qu'Antoine Haneron cessa son enseignement et abandonna son collège après les premiers mois de 1437, car, à partir du deuxième semestre de cette année, il n'y est plus question de lui.

tate ad annum usque 1544 vel potius 1547, dum vectigalibus auctum est ex haereditate Joannis Carondelet.

Joannes Carondelet, Burgundus, J. U. doctor, filius Joannis de Charonde, dynastae de Champvans, primariique Burgundiae cancellarii, et Margaretae de Chassey, (qui propter staturam exiguam corporis Carondeletus dictus fuit) ab anno 1485 ad obitum usque ad sanctum Donatianum Brugis canonicus, antea sancti Petri Anderlechtensis canonicus, ab anno 1493 decanus ecclesiae metropolitanae Bisuntinae; ab eodem anno simul abbas commendatarius Montis Benedicti in Burgundia, praepositus ecclesiarum sanctae Walburgis Furnensis in Flandria, et Secliniensis sancti Piati juxta Insulas Flandrorum, etc. Ab anno 1503 consiliarii ecclesiastici munus in supremo Mechliniensi senatu obivit ad annum 1527.

Praeposituraе sancti Donatiani Brugis, vigore resignationis Georgii de Bavaria in manibus pontificis, possessionem cepit 28 novembris 1520, hoc titulo Flandriae cancellarius. Archiepiscopus dein Panormitanus ac primas regni Siciliae ab anno 1523 post cessionem doctissimi cardinalis Thomae de Vio Cajetani. Transiit ex senatu Mechliniensi Bruxellas ad sanctius consilium, cujus et praeses anno 1527 renuntiatus est (1). Quam dignitatem anno 1540 ingravescente aetate multiplicique infirmitate afflictus sponte dimisit.

Erant ea tunc tempora, quibus Burgundiones in Belgio, signanter Carondeleti, Granvellani, Boisotii, Bonvaloti, Richardoti, etc., favore Caroli V, caesaris, principali tum sacra tum politica authoritate potiebantur.

Desiderium Erasmum, literatorum principem, fovit et coluit, ut plures illius ad hunc praesulem testantur epistolae.

Obiit tandem Carondeletus Mechliniae 8 februarii 1544 (stylo veteri); sepultus ad sanctum Donatianum Brugis, ante mausolaeum, quod juxta aram majorem sibi, ad latus meridionale, parari jusserat.

(1) « Primus omnium datus est praeses primarius sanctiori consilio, quod Carolus V, imperator Bruxellis anno 1531 kal. octobris instituit apud sororem suam Mariam, reginam *douairière*, praesidem sub se habens Petrum Tayspil. » *Note de Paquot.*

« Apposita insignia, quae et hujus collegii sunt, *d'azur à la bande d'or accompagnée de six besans de même mis en orle*, et nobilitatis tesserae : *Carondelet, Bazan, Chassey, Chiche.* Lemma : *Matura.* Scripserat ipse Carondeletus *Consilia* quaedam et *Observationes juris*, quae temporum injuria periere (1).» Ita Paquot.

Carondeletus per executores ultimae suae voluntatis Lambertum de Briaerde, equitem, praesidem magni concilii Belgici, Claudium de Carondelet, praepositum sancti Donatiani, suum ex fratre nepotem, et Balduinum Lecocq, in eodem senatu Belgico consiliarios, itemque Joannem de Langhe, caesareae Majestatis a secretis, adjecto collegio huic atrio cubiculoque praesidis, inde sacello redditus ejusdem collegii alias pro temporum conditione satis tenues, bursas primi fundatoris, quae erant XVI florenorum Caroli, primo ad XXV florenos, deinde ad XXXVI similes florenos auxit, et tres novas similis valoris XXXVI florenorum adjecit; redactaeque sunt bursae omnes studentium ad novenarium numerum, aucto etiam honorario praesidis; permisitque, ut bursariis juri quoque civili dare operam liceret. Denique et alia fundatio per executores eosdem adjecta est, erectis rursus tribus novis bursis, tum et duabus aliis bursis erectis in collegio theologorum pro promotis inter 24 primos e paedagogio Standonico seu Porcensi. De quibus omnibus extant decretum magni senatus Mechliniensis de data 25 julii 1547, tum et concordatum inter facultatem artium et dictos executores. Bursarum harum collegii sancti Donatiani duodenarius numerus ex ordinatione dominorum provisorum, accedente consensu et beneplacito domini patroni, ob temporum difficultatem redactus est ad octonarium numerum. Collatio vero omnium harum bursarum est penes caput familiae Carondelet.

Provisores seu visitatores hujus collegii in praecitato decreto de 25 julii 1547 nominantur decanus et receptor

(1) Foppens, *Bibliotheca Belgica.* II, p. 605, où l'on trouve le portrait de Carondelet. Voyez aussi, sur cet homme d'état, une notice de M. Gachard, dans la *Biographie nationale*, III, col. 348 et svv.

facultatis juris canonici cum facultate artium ; patronus vero, qui est caput familiae Carondelet.

Supramemoratum sacellum hujus collegii, seu ejus altare consecratum est per reverendum patrem Gedeonem Vander Gracht, ordinis sancti Augustini, episcopi Leodiensis in spiritualibus vicarium, 19 maii 1549.

Sacellum autem hoc ob cubicula illuc interserenda anno 1719 diminutum fuit, et anno 1776 ruinam minans omnino destructum; situmque erat in extremitate collegii versus occidentem juxta collegium Praemonstratense seu ejus hortum, altare habens versus meridiem, et portam versus septentrionem seu in *Cattorum strata*, subque eodem hoc tempore collegium fuit omnimodo restauratum sub praeside B. J. Van Hoenacker. » Ita Valerius Andreas in *Fastis academicis*, 2ª ed., pp. 298-299, et Bax in *Collegio Donatiano*.

« *Collegium* (ait Gramaye, anno 1605 scribens, *Lovanii* p. 26) sacello (grandi et pro illo tempore eleganti) aedificiis (nec hodie contemnendis) hortis (hodieque amoenis), bibliotheca (nunc ad..... relegata, ac fere vaegrandibus Baldi, Jasonis, Accursii, Alciati, Bartholi... volumiñibus gothice excusis constante) et magno nonnumquam studiosorum numero instructum (studiosis etiam saepe caruit; habet nunc XII). Ubi similiter (ut tum in Winckeliano) praeside, qui collegii rector est, hebdomadarias disputationes fieri leges (nunc abrogatae) et consuetudo (antiquata) habent. » Ita Paquot.

Praesides collegii sancti Donatiani.

I. Joannes Stercke, alias *Fortis*, de Meerbeke, sacrae theologiae licentiatus, erat hujus collegii rector 22 junii 1517, ac ita nominatur in testamento Hieronymi Buslidii. Miraeus et Foppens, *Diplomata*, IV, p. 648. Hinc 18 octobris 1520 solemni more introductus fuit primus collegii trilinguis

praeses. Obiit Lovanii 5 aprilis 1536; sepultus ad sanctum Martinum (1).

N. B. An Joannem Stercke in praesidentia collegii sancti Donatiani alius praecesserit, non inveni.

II. Jacobus Le Wale « a Quivicto Comitis seu ex Quévy le Grand, qui Hannoniae pagus est Montes inter et Malbodium ». Ita Paquot.—Alibi non legitur et obitus ignoratur (2).

III. 1545, 19 *junii*. Ludovicus Pori, Aëriensis, factus anno 1545 hujus collegii praeses, et anno 1547 J. U. doctor renuntiatus. Obiit Mechliniae, canonicus graduatus, anno 1578, mense majo. Vide J. U. doctores.

IV. 1548, 19 *aprilis*, Nicolaus Dervilleers vel Der Villers, Montensis, J. U. licentiatus, factus est hujus collegii praeses; tum anno 1550 J. U. doctor renuntiatus. Dein a reverendissimo domino Antonio Perrenot, Atrebatensium episcopo, anno 1557 in curiae suae judicem sive officialem adsciscitur. Moritur ibidem, non elapso semestri, 16 maji 1558. Vide J. U. doctores.

V. 1557, 31 *januarii*. Michaël Herenbaut vel Herebaut, Mechliniensis, alumnus collegii mox a sumpto jurisconsulti titulo anno 1557, post discessum Dervilleers factus est

(1) Valère André, Paquot et Bax placent après Jacques Le Wale (c'est ainsi qu'écrivent les *Actes* de la faculté des Arts) un président nommé Jean Desmarez : « Joannes Desmares, canonicus Teneranundanus erat anno 1532 hujus collegii praeses et bonorum administrator, dum ex bonis Christophori de Barouse, ordinis equestris et aulae caesareae oeconomi, huic collegio bursa fuit adjecta. Juxta *Fastos* successit in praesidentia Jacobo Le Walle. » Ces lignes renferment plusieurs erreurs : en effet, il résulte des *Actes* de la faculté des arts : 1° que Jacques Le Wale fut président du collége de Saint-Donatien au moins depuis l'année 1527 ; 2° qu'il resta président sans interruption jusqu'en 1545. Il est donc impossible que Jean Desmarez ait été président en 1532, comme l'affirment les auteurs que nous venons de citer.

(2) Voyez, sur Jean Stercke, F. Nève, *Mémoire sur le collège des Trois-Langues*, pp. 387-388.

praeses.Tum anno 1565 J. U. doctor renuntiatur. Obiit 3 decembris 1578; sepultus ad sanctum Michaëlem. Vide J. U. doctores.

VI. 1561, 18 *aprilis*, Joannes de Bievene, Montensis, factus est praeses. Renuntiatus anno 1565 J. U. doctor, dein collegii Winckeliani ab anno 1571 praeses. Obiit Lovanii 1 julii 1596. Fundator collegii Montensis. Vide J. U. doctores.

VII. 1562, 27 *augusti*. Post dimissionem Joannis de Bievene, factus est praeses, ex praeside collegii sancti Ivonis ab anno 1559, Matthaeus Ruckebusch, Casletanus (alibi dicitur ex Giorle in Casselambacht; — item natus in Borra vel Berra in Flandria occidentali) filius quondam Judoci Ruckebusch. Rector ecclesiae de Zillebeke,Morinensis dioecesis; J. U. L. factus anno 1561, professor codicis et secundae fundationis canonicus in divi Petri. Anno 1564, mense februario, Academiae rector electus est. Anno 1569 ab episcopo Brugensi Remigio Driutio vigore bullae apostolicae designatus fuit canonicus graduatus in jure; verum anno sequente, seu 1570, nondum accepta possessione, ei renuntiavit factus canonicus ecclesiae metropolitanae Cameracensis ac dein decanus ibidem, ac archiepiscopi Berlaymontii vicarius generalis; ac tandem (defuncto Joanne Fonck, Amersfortio Batavo, nominato secundo Gandavensium episcopo, 10 octobris 1585, Monzonii in Arragonia, dum consecrandus ex Hispania in Belgium proficiscitur) a rege Hispaniarum similiter nominatus est Ruckebusch ad hunc Gandavensem episcopatum; dum confirmationis literas Roma expectat, moritur Montibus Hannoniae, 29 aprilis 1586, cum jam Gandavum fidei et regi restitutum esset 17 septembris 1685. Sepultus in ecclesia sanctae Waldetrudis cum epitaphio, quod lege apud Hellin, in sua *Histoire chronologique dès évêques et du chapitre de S. Bavon à Gand*, I, p. 21.

VIII. 1565, 21 *junii*. Post dimissionem M. Ruckebusch ex praeside collegii sancti Ivonis factus est praeses Gisbertus Schoock (anno 1571 coram Wamel ad 15 novembris in actis

nominatur Gisbertus Stock),Bommelensis Gelder,tunc J. U. L. Tum ab anno 1570 J. U. doctor renuntiatus. Obiit in collegio, peste correptus anno 1573. Vide J. U. doctores.

Paquot : « Praeest a die 2 julii 1565. Obiit in collegio 17 aut circiter mensis septembris 1573. » Succedit 17 septembris 1573 Joannes Kemmerius.

IX. 1573, *septembri.* Joannes Kemmerius, Lovaniensis, tunc J. U. L. et presbyter. Fit anno 1586 J. U. doctor. Moritur in collegio mense octobri anni 1588; sepultus ibidem in sacello (ita *Fasti*, p. 198), condito testamento 29 augusti 1588, coram Conr. Sylvio. Van Langendonck habet : « Sepultus in divi Petri ante altare beatae Mariae Virginis et Ursulae juxta matrem ». Vide J. U. doctores.

Post obitum Kemmerii praesidentia aliquantulo temporis vacavit. Vide supra p. 124.

X. 15... Amandus Maillart, J. U. L., dein ecclesiae metropolitanae Cameraci canonicus.

Paquot : « Regere desiit anno 1598, XVI kal. octobris, »

XI. 1598. Petrus Wynants. Quis autem fuerit hic Petrus Wynants non inveni. — Quidam Petrus Wynants anno 1593 factus est medicinae doctor. Vide medicinae doctores; non videtur fuisse noster praeses. — *Basilica Bruxellensis*, II, p. 104; et *Bruxelles illustré*, I, p. 128.

XII. 1600, 17 *septembris.* Gratianus Reynbout (Paquot : « Reynbouts ») alias *Danckaerts*, Bruxellensis, J. U. L. et professor. Inde serenissimorum Belgarum principibus Alberto et Isabellae a sacris oratorii et concionibus, collegiatae Anderlechtensis canonicus, tum et a 16 aprilis 1627 ad divam Gudulam Bruxellis canonicus. Obiit anno 1629.

Addit J. Rombaut in suo *Bruxelles illustré*, II, p. 149 (ubi et insignia familiae Danckaerts) : « *Très-célèbre professeur en droit de l'Université de Louvain et chanoine de la collégiale de la même ville* », tametsi in catalogo professorum juris in *Fastis academicis* non legatur.

N. B. Quidam Petrus Danckaerts J. U. L. erat anno 1684 notarius domini conservatoris. Forte Rombaut hos confundit.

« Praefuit a 17 septembris 1600 ad eumdem diem anno 1607. » Ita Paquot.

XIII. 1608, 13 *septembris*, factus est praeses Joannes (seu ut *Théâtre de la noblesse du Brabant*, p. 189) Joannes Antonius van t'Sestigh, Mechliniensis. Factus anno 1616 J. U. doctor praesidentiam hanc anno 1632 dimisit, obiitque 10 novembris 1634, condito testamento 10 novembris 1633, aetatis tum 60 annorum. Indossatum testamentum 6 marti 1634 coram Baelmans. Vide J. U. doctores.

« Praefuit a die 17 septembris 1609, licet ante 28 junii anni superioris electus. Regimine cedit anno 1632, quo introducitur a decano facultatis artium die 20 martii Henricus Vanden Creeft ». Ita Paquot.

XIV. 1632, 20 *martii*, successit Henricus Vanden Creeft, Trudonensis, et per decanum facultatis artium, 20 martii, introductus, coram Berckmans. Hinc anno 1636 fit praeses collegii Winckeliani ad annum 1642; J. U. doctor renuntiatus est anno 1631. Obiit verosimiliter anno 1659 coelebs. Certum vero quod obierit ante septembrem 1665.

XV. 1637, 4 *martii*, factus est praeses Joannes Van den Berghe, Bruxellensis, presbyter, J. U. licentiatus; a 20 novembris 1635 professor codicis et secundae fundationis canonicus in divi Petri. — Coram Berckmans ad 31 julii 1637 habetur : « *Is onlangs praesident geworden Van den Berghe.* »

« J. U. L. et professor in praesidem eligitur IV nonas martii 1637. Quo munere abdicato, vita defungitur anno 1646, circa 21 novembris. » Ita Paquot.

XVI. 1646. Jacobus Renson, Givetensis, anno 1632 in artibus e paedagogio Lilii tertius, sacrae theologiae baccalaureus necnon J. U. licentiatus; erat anno 1632, item 1656, in electione rectoris intrans facultatis artium (1). Collegio huic praeerat anno 1667; Vernulaeus, p. 116. Obitus ignoratur.

(1) *Intrans facultatis artium*, délégué de la faculté des arts. L'élection du recteur avait lieu anciennement tous les trois mois ; elle se faisait par une commission composée d'un délégué de chaque faculté.

XVII. 1673, 15 *decembris*. Guilielmus Bassery, Bruxellensis, natus 1642 honorata inter Bruxellenses familia, patre Judoco Bassery, mercatore, matre Catharina Van Donckerwolck. Lovanium missus studiis altioribus perficiendus, anno 1662 inter artium magistros e paedagogio Lilii quintus renuntiatus fuit. Dein non minori fructu animum jurisprudentiae studio adjecit, gradum licentiae in J. U. adeptus. Primo fuit ecclesiae collegiatae sancti Petri in Anderlecht canonicus, dein professor regius decretorum in hac Academia et primae fundatiouis in divi Petri canonicus, atque, a 15 decembris 1673 ad kal. julii 1688, hujus sancti Donatiani collegii praeses; adhaec 23 augusti 1681 ab Innocentio XI, pontifice, designatur vicarius generalis et apostolicus dioecesis Buscoducensis in locum Judoci Houbracken, sacrae theologicae licentiati defuncti 20 maji 1681; vicariatumque hunc per novem annos gessit laudabiliter, visitans non modo pagos et vicos dioecesis, sed et ipsam quoque, Batavis conniventibus, urbem Sylvaeducensem.

Anno 1690 a Carolo, Hispaniarum monarcha, ad episcopatum Brugensem nominatus, per sedecim fere annos hoc munere egregie functus est.

Dum pia quaedam opera meditabatur perficere, lethali catharro oppressus ac suffocatus est 18 junii 1706, aetatis anno 64°, dum in ecclesia patrum Augustinianorum Brugis interesset sepulturae Georgii d'Ostiche, civitatis Brugensis gubernatoris, cujus cadaver ad dictam ecclesiam funebri pompa delatum erat.

Frater ejus Judocus Bassery, canonicus ordinis Praemonstratensis abbatiae Grimbergensis, ex pastore de Ophem electus anno 1692 abbas 39ᵘˢ, ordinis vicarius generalis per Brabantiam et Friscam, obiit Bruxellis 8 maji 1698, aetatis 65°, praelaturae 6°.

XVIII. 1688, 1 *septembris*. Paulus Buyckx, « J. U. licentiatus, rexit a kal. septembris 1688 ad diem ultimam augusti 1691. » Ita Paquot.

XIX. 1691, 18 *septembris*. Henricus Harzé, Hervianus, J. U. licentiatus, 25 augusti 1685 collegii sanctae Annae erat

procurator. Factus dein anno 1691 hujus collegii sancti Donatiani praeses, fuit ab anno 1698 ad 1710 saepius intrans vel decanus ex facultate juris civilis. 11 martii 1693 (coram Tourteau), item 11 novembris 1712, vocatur J. U. licentiatus et canonicus ad sanctum Jacobum Lovanii, nenon collegii sancti Donatiani praeses (coram Lenaerts).

Ses armes sont *d'argent à la bande fuselée de gueules de cinq fusées, surmontée d'un lion d'or.*

« Praefuit a die 18 septembris 1691. Diem extremum obiit idibus aprilis 1717. » Ita Paquot.

XX. 1717, 1 *julii*, factus est hujus collegii praeses Amandus Bauwens, Gavriensis, antea philosophiae professor in Falcone. J. U. doctor renuntiatus est anno 1711. Obiit praematura asthmatis oppressione 7 decembris 1724 vixdum quinquagenarius. Vide J. U. doctores.

Paquot : « J. U. doctor et antecessor primarius. Praefuit huic collegio a kalendis juliis 1727 ad ultimam junii 1721. »

XXI. 1721, factus est praeses Joannes Baptista Goffoul, Lovaniensis, natus 1686, filius N.... et Mariae De Mariage. Humaniora in novo gymnasio didicit, anno 1705 in artibus e paedagio Castri quartus, theologiae alumnus in collegio Atrebatensi; ab anno 1711 in suo paedagogio Castrensi philosophiae professor; tum et 1712 sacrae theologiae, et 1721 J. U. licentiatus, canonicatum in cathedrali sancti Lamberti Leodii obtinuit; annoque 1721 collegii sancti Donatiani praeses, adhuc philosophiae professor primarius existens. Lovanii obiit 28 aprilis 1727, aetatis 41°.

« Leodii ab anno 1724 ad sanctum Lambertum canonicus, philosophiae in paedagogio Castrensi primarius, et sacrorum canonum professor extraordinarius; quo utroque munere et vita simul defungitur in hoc collegio III (vel IV) kal. majas 1727, aetatis anno 41°, febri sublatus. » Ita Paquot.

XXII. 1727, 9 *junii*, factus est praeses seu conductor hujus collegii Arnoldus Josephus Van Buggenhoudt, Lovaniensis, ab anno 1722 J. U. doctor renuntiatus. Obiit rectoratu 17ma vice

actualiter fungens 19 julii 1756, aetatis anno 63° seu clymacterico; sepultus ad divum Petrum in ambitu chori ante sanctuarium. Vide J. U. doctores.

XXIII. 1756, 6 *novembris*, factus est praeses Franciscus Michiels, Lovaniensis, presbyter, J. U. licentiatus et professor juris canonici ab anno 1747. Hinc factus anno 1757 collegii sancti Ivonis praeses, obiit hydropisi 21 julii 1763, aetatis 46°. Vide supra p. 116.

XXIV. 1757. Henricus Josephus Frison, ex Genappe, anno 1736 in artibus e paedagogio Falconis secundus. Hinc collegii Adriani VI alumnus sacrae theologiae, presbyter et sacrae theologiae baccalaureus formatus, vacantiarum prioris munus in schola theologica obivit; tum et juris studio animum adjecit, licentiaeque lauream in jure utroque 8 augusti 1748 adeptus est.

Anno 1749 via nominationis fit pastor ad sanctum Martinum oppidi Alostensis, atque inde anno 1757 revocatus, constituitur a consulibus oppidi Lovaniensis professor ad decretales et primae fundationis in divi Petri canonicus in locum domini Philippart defuncti; tum et praesidentiam hujus collegii adiit 1757; quam dein anno 1770 vel 1771 dimisit, et ad collegium Leodiense uti convictor secessit. Obiit ibidem 19 aprilis 1778; sepultus 22 aprilis ad divum Petrum in coemeterio. Fuit vir juris divini et ecclesiastici peritissimus.

XXV. 1770 vel 1771. Post dimissionem domini Frison factus est praeses e majoris collegii theologorum alumno Bernardus Ivo Van Hoenacker, Gandavensis, presbyter, J. U. licentiatus, qui promotus fuerat in artibus anno 1761 e paedagogio Porci titulo defensionis. Sub quo collegium Donatianum omnino restauratum fuit. Obiit Lovanii in suo collegio 28 martii 1792.

XXVI. 1792, 11 *maji*, ex procuratore collegii regii factus est praeses Petrus Joannes Verdickt, ex Bornhem, presbyter,

J. U. licentiae gradum adeptus 5 augusti 1783. Anno 1797 coactus est, uti alii omnes praesides collegium deserere, quod dein ab aliquo conductum, partem in eodem collegio habuit pro sua habitatione, et in eodem obiit 2 octobris 1800, aetatis 52 annorum. Hinc translatus in patriam, ibidem sepultus est.

Fundationes bursarum in collegio sancti Donatiani.

Nous extrayons de l'*Historia Lovaniensium* de Molanus les indications suivantes, relatives à quelques fondations faites, aux xve et xve siècles, en faveur du collège de Saint-Donatien :

1. *Antonius Haneron* anno 1488 donatione inter vivos Lovanii in domo sua in *vico Cattorum* fundavit collegium et capellam sancti Donatiani pro bursariis et camerariis in jure canonico studentibus. Fundavit autem, sub protectione facultatis artium, unam praebendam sacerdotalem, alteram pro magistro collegii et quinque pro studentibus.

2. *Christophorus de Barouse*, caesareae Majestatis magister hospitii seu oeconomus, adjecit anno 1532 bursam unam, et pro novo templo 300 florenos (1).

3. *Joannes Carondelet*, archiepiscopus Panormitanus et praepositus sancti Donatiani Brugensis, anno 1544 adjecit bursas sex, quarum collatio pertinebat ad dominum de Solre, et priores fundationes auxit, ut merito secundus collegii fundator habeatur (2).

(1) Valère André, dans ses *Fasti academici* (éd. de 1650. p. 299) dit que la fondation de cette bourse fut organisée par Jean Desmares ou Desmarez, chanoine de Termonde. Nous avons déjà fait observer que c'est abusivement que le titre de président a été donné à Demarez. Voyez ci-dessus p. 130.

(2) Le 18 avril 1448, les exécuteurs testamentaires de Jean Carondelet présentèrent à la faculté des arts une requête par laquelle ils

État actuel du revenu des fondations annexées autrefois au collège de Saint-Donatien (1).

Fondation administrée par la commission provinciale du Brabant.

Fondateurs.	Revenu. Frs	Ces
1. Haneron (Antoine); Carondelet (Jean), et Barouse (Christophe de).	412	31

Note complémentaire pour l'histoire du collège de Saint-Donatien.

Après la suppression de l'Université en 1797, les bâtiments du collège n'ont pas été aliénés par le prytanée français; ils devinrent, par conséquent, plus tard la propriété de la ville de Louvain. Ils furent donnés en location, et les frères Everaerts y établirent une fabrique de papiers peints. Cette fabrique, si longtemps prospère, fut incendiée dans la nuit du 2 au 3 février 1848, et les bâtiments totalement détruits. Après ce désastre, l'emplacement du collège de Saint-Donatien fut converti, pendant quelque temps, en un jardin légumier; aujourd'hui il est incorporé au jardin public appelé le parc Saint-Donat. Le collège de Saint-Donatien occupait presque toute la partie du parc comprise entre la rue *des Chats* (aujourd'hui rue *de Bériot*) et les ruines de l'ancienne enceinte de la ville.

offraient « *redditum trecentorum florenorum Caroli in augmentum bursarum fundatarum in collegio sancti Donatiani et ad erectionem trium novarum bursarum, ac alias juxta tenorem literarum desuper confectarum cum conditionibus in eisdem literis contentis* ». La faculté accepta l'offre avec empressement et gratitude.

(1) Ce revenu est indiqué d'après le compte de l'année scolaire 1876-1877.

4. Collège de Winckel.

Ce collège, situé dans la rue *de Tirlemont* vis-à-vis de l'angle formé par l'intersection de cette rue avec la rue *de la Monnaie*, était destiné exclusivement aux étudiants en droit romain ou canonique. Il fut fondé, en l'année 1505, par Jean Van den Winckele, notaire du conservateur des privilèges de l'Université.

Nous reproduisons, en premier lieu, un extrait du *Rapport sur l'état des collèges de l'Université en* 1589, qui fait connaître exactement l'origine et la nature de la fondation. Vient ensuite un passage des *Fasti academici* de Valère André, annoté par Bax. Enfin, nous y ajoutons, d'après ce dernier, quelques notes généalogiques relatives à la famille du fondateur, ainsi que la série des présidents depuis l'origine du collège jusqu'à la suppression de l'Université.

Collegium Winckelianum.

Quondam honorabilis vir magister Joannes de Winckele, notarius domini conservatoris privilegiorum Universitatis Lovaniensis, in anno 1505 per suum testamentum Joannem, filium, et Claram, filiam, haeredes universales instituit, iisdemque, si sine liberis decederent, unum collegium studiosorum in jure fundandum in domo habitationis suae substituit, singulis ejusdem collegii bursis assignando viginti quinque coronas Franciae, singulis ad viginti sex stuferos computatis.

Qui substitutionis casus evenit, tam Clara quam dicto Joanne sine liberis mortuis. Cui patris voluntati sese conformando, dictus Joannes medecinae doctor effectus, in anno

1555 per suum testamentum voluit dictum collegium secundum praescriptum patris sui erigi, adjiciendo ejusdem fundationi multa alia bona tam mobilia quam immobilia in fundis et reditibus.

In quibus tam patris quam filii bonis dicto collegio deputatis, praeter domum dictae habitationis sitam in platea dicta de *Hoelstraete* (1) cum vicina illius domo, fuerunt duae villae seu coloniae, altera prope oppidum Lovaniense in Heverlis, altera in loco dicto *Baesbeurre*, uno circiter milliari ab oppido Lovaniensi. Item adhuc quaedam alia domus, prata et fundi partim prope Lovanium siti, et aliquot annui reditus pecuniarii.

Bursarum numerus certus non est praefinitus, sed relictus discretioni provisorum secundum quantitatem proventuum ejusdem collegii, qui in varietate pretii granorum uno anno major vel minor est altero. Qui provisores singulis bursis pro dictis viginti quinque coronatis assignaverunt triginta sex florenos, et praesidenti ultra victum triginta quatuor florenos.

Hoc collegium ad perfectionem perductum habuit in anno 1578 bursarios octo ex dicta fundatione et duos alios ex alia fundatione non ita pridem facta per quondam dominum Joannem Van den Hectvelde sub annuo reditu centum florenorum. Hi fere omnes eo tempore dimitti debuerunt propter superveniens et augescens hoc bellum, praescissa omni spe aliquid consequendi ex fundis collegii, dicto collegio etiam gravato hospitatione militari. Ex qua causa provisores dicti collegii ex conclusione facultatum convenerunt cum domino et magistro Joanne Bievene, utriusque juris doctore, dicti collegii praeside, ut suis expensis familiam et onera hospitationis militaris sustineret, et pro ejusmodi sustentatione ultra habitationem et usum supellectilis singulis mensibus a collegio haberet decem florenos, et sic centum viginti pro anno. Sed quia in anno 1585 Lovanium liberatum fuit a praesidio militari, et sic collegium exoneratum a ne-

(1) *Hoelstraete, Heuvelstraete*, nom ancien de la *rue de Tirlemont*.

cessitate hospitationis, dicto praesidenti ex conclusione dictarum facultatum detracti sunt dicti decem floreni per menses, et illi dumtaxat relicta domus collegialis habitatio et usus supellectilis, permissa illi facultate suo lucro et periculo alendi convictores; in quo statu nunc adhuc haeret dictum collegium. Quod per perseverantiam dicti praesidis in illo, durante dicto militari praesidio, et illius diligentiam in integritate aedificiorum conservatum est, quod alioqui in summo fuisset periculo, ex quo propter domus splendorem in eo plerumque collocati fuerunt capitanei et equites.

Provisores hujus collegii sunt duo per vices ex electione facultatum, quorum alter nunc est Ludovicus Carrion, utriusque juris doctor, alter Nicolaus Foxius, utriusque juris licentiatus. Ex ordinatione fundatoris reditus collegii per receptorem specialiter ad hoc constitutum recipi debent, qui in praesenti adhuc primus est magister Joannes Schellekens sub stipendio vicesimi denarii.

Durantibus istis turbis, omnes fundi et villae dicti collegii pro maxima parte inculti jacuerunt usque ad annum 1587; quibus durantibus, nihil omnino inde percipi potuit, et altera hujus collegii villa sub Hevria tota diruta est, ut vix sit ullum ejus vestigium; cujus fundi nunc particulatim diversis personis locantur, sed dumtaxat pro tertia parte fructuum; prout etiam altera villa in Baesbeurre pro simili tertia parte locata est priori illius colono. Ita quod provisoribus impossibile adhuc videatur ad dictum collegium bursarios admittere et iterum familiam collegii instituere. Cujus in futurum etiam manebit adhuc aliqua difficultas propter granorum vilitatem et minorem solito illorum valorem, tum etiam quod ex praeerogata pecunia praesidi debeantur ultra quingentos florenos, et quod in initio erectionis dicti collegii ex decreto facultatum sub annuo reditu quinquaginta florenorum collegium debuerit pecuniam levare pro obtinenda amortizatione juris feudalis a duce Arschotensi, a quo dictae duae villae jure feudi moventur. Quem reditum quinquaginta florenorum facultates optarent reduci seu dequitari ex arriragñs redituum dicti collegii ante novam collegii institutionem, vacantibus

interea dictis bursis et in effectu etiam praetacta praesidentia. Ita ut consultum non videatur dicti collegii plenariam restitutionem facere ante exsolutionem debitorum et dequitationem dictorum quinquaginta florenorum, cujus numquam futura esset occasio, si familia nomine collegii cum bursariis etiam paucis alenda esset, attenta praesertim exiguitate eorum, quae ex dictis villis et fundis percipiuntur, et aliquot annis adhuc percipi poterunt.

(Extrait du rapport sur l'état des collèges de l'Université de Louvain en 1589).

Collegium hoc, situm in platea dicta *Heuvelstraete* (hodie *rue de Tirlemont*), auctorem agnoscit Joannem de Winckele, baccalaureum in legibus, scribam et notarium conservatoris privilegiorum Universitatis Lovaniensis (qui obiit anno Domini 1505, die 15 junii, hora 7ª matutina, sepultus ad sanctum Michaëlem) et hujus filium ex priori uxore Catharina Vullincx, patri cognominem, doctorem medicum; qui extremae voluntati patris sui obsecundare volens, si nimirum ipse et soror ejus Clara aut proles prolium decederent, nulla legitima prole relicta, praecipua sua bona sororisque contulit in donationem collegii ad usum studiosorum J. U. fundati, idque in domo anno 1390 aedificata cum insignibus Calsteriorum, quam a Balduino Henrici de Zierixea, decretorum doctore, anno 1492 coëmptam pater filiusque inhabitare solet. Vivere hic filius desiit 27 martii 1554 stylo veteri, adeoque anno 1555 stylo novo, condito testamento 11 septembris 1554. Studentes seu bursarios Winckelius pater adsumi voluit pauperes, quibus in studio juris alendis scholisque continuandis parentes commode dare aut suppeditare annue non possint, non fornicarios aut de fornicatione diffamatos, non ebriosos vel aleatores, aliove ludo vetito infatuatos. Commendat autem suos consanguineos, si qui sint; hisque deficientibus, permittit aliis de collegio, ut ipsi eligant novum. Filius vero statuit, quod, « si aliquis eorum studentium » operam dederit scientiae linguarum, Graecae scilicet aut » Hebraicae, vel poësi, seu astronomiae, vel alicui scientiae

» mathematicae, aut simili, taliter quod per hoc inferatur » notabile nocumentum studio juris, ad quod ordinatur, et » monitus per aliquem ex provisoribus non desistat, privetur » omni commodo praetacti collegii. » Ceterum provisores a facultatibus J. U. eligi voluit duos, « qui habeant facultatem » ordinandi, providendi et disponendi circa praefatum colle- » gium, et studentes collegiales, excessusque eorum corrigendi » etc. » Ab his vero deputari seu eligi praesidem « in utroque » vel altero jurium licentiatum, vitae et morum honestate » praeditum, minime conjugatum, atque aetatis ut minus » 25 annorum, aut circiter. » Cui etiam ex ordinatione facultatum J. U. incumbit onus praesidendi hebdomadariis disputationibus in jure, quas frequentare omnes bursarii et convictores teneantur. Ita Valerius Andreas in *Fastis academicis*, 2ª ed., p. 300.

« In hoc collegio (teste Gramaye p. 25) numerus habitantium anno 1605 ad quadragenarium fere accedebat, perinde ut in collegio sancti Ivonis; et in utroque hebdomadariae disputationes, doctore praeside, erant, et numquam interrupta serie continuabantur magno studiorum fructu. Numerus hodie imminutus est; alit enim Winckelianum alumnos dumtaxat... et disputationes illae... exoleverunt. » Ita Paquot.

« De familie Vanden Calstre, eene der seven adelyke familien der stad Leuven, had twee huysen het een wesende als nu het Dry-Tongen-Collegie, en het ander dit Winkels-Collegie. Nu dit laetste huys van Vanden Calstre vind men gebouwt te zyn in 't jaer 1390. Joannes de Winkele, primus in het jaer 1506, doctor in de medecynen van 't jaer 1515, en synen vader van den selven naem... stigten van hunne naerlaetentheyd een collegie voor studenten in de regten, en dat in hun huys hetwelk zy bewoonden dragende het wapen van Vanden Calstre, hetwelk de Winkele vader ten jaere 1492 gekogt hadde van Balduinus Hendrickssone, der beyden regten doctor... Men siet dit collegie nieuw opgebouwt in 't jaer 1750, alsdan onder bestier van den eerw. heere Guilielmus Leunckens. » Staes, *Wekelyks nieuws uyt Loven*, VII[1], p. 50.

Schema familiae Winckelianae.

N. Van Winckele duxit N. Boels, sororem magistri Joannis Boels, secretarii domini conservatoris.

Joannes Van Winckele, notarius conservatoris Universitatis, qui obiit 17 junii 1505 (*a*), duxit a) Catharinam Vullincx, quae obiit 17 augusti 1483 (*b*); b) Machtildem Stuerbout, quae post mortem Joannis Van Winckele nupsit Joanni Stuerbout.

1. *Joannes Van Winckele*, medicinae doctor; 27 martii 1555 (stylo novo) duxit Margaretam Bogaerts, quae obiit 3 octobris 1545.
2. *Clara Van Winckele.*
3. *Catharina Van Winckele*, nata circa annum 1476, nupsit Roberto Viruli, J. U. L, filio Caroli Viruli, fundatoris collegii Liliensis (*c*). — Hic Robertus Viruli, viduus Catharinae Van Winckele, duxerat 24 martii 1507 Catharinam de Flandria, vulgo Van Vlaenderen, relictam Golini van t Sestich.

(*a*) Magister Joannes Winckel, filius quondam magistri Joannis, aetatis circiter 24 annorum; Joanna Stuerbout, filia Aegidii, aetatis circiter 9 annorum; domicella Machtildis Stuerbout, uxor Joannis Van Bouchout, *haer voorheff.* 31 julii 1512. *Lyfrente*, lib. 2. Unde Joannes de Winckele, medicinae doctor, obiit aetatis anno 67o.

(*b*) Uxor Joannis Van Winckele, patris, et mater Joannis Van Winckele, medicinae doctoris, obiit 17 augusti 1483; sepulta apud moniales *op de Halfstraete*, ubi ad introitum ecclesiae a sinistris extabat lamina aenea infixa sarcophage caeruleo, hanc circumferens inscriptionem : « † HIER LEGHET BEGRAVEN KATHERINE | VULLINX WYLEN WETTELYKE WERDINNE WAS MESTER JANS VAN WINKELE DIE STERFF | INT JAER ONS HEEREN JHU XPI ALS MEN SCREEF M.CCCC.LXXXIII, DER MAENT VAN OEXST DEN XVIIste DACH. BIDT VOER DIE ZIELE | . Cum effigie et hoc distycho : VIRTUTE, INGENIO PRAESTANS, PROBITATE, DECORE,

DEVOTA ET PATIENS, CARA QUIESCE DEO.

(*c*) Aetatis 13 annorum circiter 22 septembris 1489; vide *Lyfrenten*, fol. 3 vo. Haec Catharina videtur obiisse improlis ante patrem, qui ipse obiit 17 martii 1555, cum in hujus testamento non nominetur.

Praesides collegii Winckeliani.

I. 1561, 13 *januarii*, primus demum collegii hujus praeses constitutus est, 13 januarii 1561, Gerardus Caverson, Lovaniensis, anno 1552 in artibus e paedagogio Castri primus; tum J. U. licentiatus, ac anno 1565 utriusque juris doctor renuntiatus. Duxit dein uxorem Mariam Vrancx, filiam Augustini, consulis. Obiit 14 octobris 1595; sepultus in divi Quintini. Vide J. U. doctores.

Paquot : « Eo cedente succedit anno 1564 (non 1566, ut habet Valerius Andreas) Joannes de Longa Cruce. »

II. 1564 vel 1566 Joannes de Longa Cruce, vulgo *Langecruys*, Hilvaribecanus, Cornelii filius. Vixit annis multis Lovanii, J. U. licentiatus, ex paedagogii Standonck vulgo Porci (ubi etiam forte literas humaniores docuit) subregente 21 junii 1566 fit, resignante pridie Matthia Ruckebusch, professor codicis et secundae fundationis canonicus in divi Petri (1), postquam decretum Gratiani aliquamdiu professus esset, verosimiliter ab aliquo substitutus, cum in catalogo professorum horum in *Fastis* non legatur; tum et praeses collegii hujus Winckeliani constituitur eodem hoc anno 1566 (non 1564, uti habet Paquot, V, p. 79, quia 1566 ex subregente factus est professor et canonicus secundae fundationis; existimo tamen Caversonium ante ultimam augusti 1563, dum electus fuit rector Academiae, praesidentiam dimisisse, cum in dicta electione non nominetur praeses, adeoque per triennium praesidentiam vacasse, vel alium intermedium fuisse, etc.)

Anno 1568, per puram et simplicem resignationem Joannis Baptistae De Langhe, J. U. doctoris, canonici et officialis Mechliniensis, ultro et improviso, ac ne minimum quidem

(1) « Vide resolutionem magistratus Lovaniensis diei 21 junii 1566. » *Note de Bax.*

(2) « Vide etiam resolutionem magistratus, quae supra. » *Note de Bax.*

ambiens, praeter omnium expectationem Casletanam in Flandria ecclesiae divi Petri praepositurain insignem, rege literis patentibus annuente, obtinuit; ad cujus residentiam anno 1569 profectus est.

Vacante ab anno 1588 per discessum Guilielmi Lindani ad cathedram Gandavensem episcopatu Ruraemundensi usque ad 1596, interea Langecruys ad hunc nominatum primum fuisse refert Diercxsens ex *Chronologia sacra Belgii* scripta per J. B. Lud. Castillion, onusque hoc recusasse.

Obiit provecta aetate Casleti anno 1604.

Vir fuit modestiae imprimis ceterarumque virtutum dotibus insignitus, multae lectionis, optimique judicii.

Opera ejus recenset Paquot, *Mémoires*, ed. in-fol., I, p. 464.

III. 1569. Joannes Malcotius, vulgo *Van Maelcote*, Lovaniensis, filius Laurentii et Gertrudis Van Griecken, et frater Roberti, sacrae theologiae doctoris. Natus circa annum 1537, humanioribus literis absolutis, studio juris se dedit, decanique munere functus, gradum licentiae in U. J. mense martio 1565 adeptus est. Tum anno 1569 collegii hujus praeses constituitur; annoque 1570, die 5 junii, J. U. doctor renuntiatus, anno 1571 praesidentiam dimisit. Circa annum 1574 fit consiliarius senatus Brabantiae.

Obiit 13 augusti 1616; sepultus apud Dominicanos Bruxellis cum epitaphio. Vide J. U. doctores.

IV. 1571. Joannes De Bievene, Montensis, primum ab anno 1561 ad 1562 collegii sancti Donatiani praeses; J. U. doctor renuntiatus anno 1565. Collegio huic Winckeliano ab anno 1571 ad obitum usque, 1 julii 1596, praefuit. Fundavit collegium Montense. Vide J. U. doctores.

V. 1596. Gerardus Corselius, alias *de Coursele* a loco nativitatis patris sic dictus), natus Leodii 10 junii 1568, filius Petri Christiani de Coursele, anno 1546 in artibus e paedagogio Castri primi, jurisconsulti, et Mariae Weyms, anno 1586 in artibus e paedagogio Porci quartus; J. U. baccalaureorum fiscus et dein decanus, anno circiter 1592, aetatis 24°, gradum

licentiae in U. J. adeptus, sacrisque dein ordinibus initiatus, anno 1594 J. U. doctor renuntiatus, ab anno 1596 ad 1607 huic collegio praefuit. Dein consiliarius ecclesiasticus in magno Mechliniensi senatu, inde in sanctius adscitus concilium. Obiit Bruxellis 22 septembris 1636, aetatis anno 68°. Vide J. U. doctores.

VI. 1607, factus est praeses Joannes Peelmans, Sylvaeducensis, ejusdemque cathedralis canonicus. Anno 1610 J. U. doctor renuntiatus, moritur collegii adhuc praesidens 24 septembris 1615; sepultus ad divum Petrum Lovanii. Vide J. U. doctores.

VII. 1615. Adrianus Proost, Gandensis; anno 1613 renuntiatus J. U. doctor, collegio huic ab anno 1615 ad annum 1623 praefuit. Moritur 17ª septembris 1623 Madriti in Hispania, quo negotiorum causa concesserat. Vide J. U. doctores

Paquot vocat eum De Proost.

VIII. 1623. Andreas Del Vaulx, alias *Vallensis*, Andanensis; Duaci philosophiam didicit, ibidemque eam in collegio Marchianensi docuit; interim jurisprudentiae operam dedit et J. U. baccalaureorum collegio titulo fisci et decani praefuit. Lovanium evocatus philosophiam in paedagogio Castri docuit annis circiter decem; tunc lectionem in jure canonico obtinuit. Anno 1610 J. U. doctor renuntiatus, collegio Montensi praefuit, seu saltem, cum adhuc sine dote esset, in eodem habitavit, ac tandem collegio huic Winckeliano anno 1623 praeficitur, illudque ad obitum usque, scilicet 26 decembris 1636, aetatis tunc 67 annorum, rexit; sepultus ad divum Petrum sine epitaphio. Vide J. U. doctores.

IX. 1636, ex praeside collegii sancti Donatiani factus est hujus collegii praeses Henricus Vanden Creeft, Trudonensis, ab anno 1631 J. U. doctor renuntiatus. Obiit verosimiliter anno 1659 coelebs; certum vero, quod obierit ante septembrem 1665. Praefuit ad annum 1642. Vide J. U. doctores.

« Obiit anno 1659. » Ita Paquot.

X. Anno 1642, post dimissionem Vanden Creeft, Franciscus de Baillencourt, Nivellensis, factus est hujus collegii praeses. Anno 1646 J.U. doctor renuntiatur, et praesidentiam anno 1656 dimittit; tum anno 1657 fit in supremo senatu Mechliniae consiliarius ecclesiasticus. Hinc 28 junii 1671 consecratus est episcopus Brugensis. Obiit Brugis 3 novembris 1681, septuagenario major, fundata bursa in hoc collegio. Vide J. U. doctores.

Paquot : « Bibliothecam suam collegio legavit. Ei sufficitur circa finem julii 1656 Martinus Bredael. »

XI. Anno 1656, *circa finem julii*, post dimissionem de Baillencourt, factus est hujus collegii praeses, ex praeside collegii sancti Ivonis, Martinus Bredael, Alostanus, J. U. licentiatus, et professor, et presbyter. Anno 1659 J. U. doctor renuntiatus. Obiit 27 (vel 28 vel 29) decembris 1663; sepultus apud Dominicanos Lovanii. Vide J. U. doctores.

« Obiit 1665 sepultus apud Augustinianos 30 decembris. » Ita Paquot.

XII. 1667. Antonius Natalis Clocaeus, Lovaniensis, filius Everardi, J. U. doctoris, J. U. licentiatus et professor (« extraordinarius, » ut addit Paquot), necnon secundae fundationis in divi Petri canonicus. Fuit etiam Godefridi Clocaei, in Academia Duacena jurium professoris ordinarii frater; anno 1688, 17 januarii, e mundi sphaeristerio subito pertransiit annulum. Bona pauperibus reliquit.

Quaeritur an non ante obitum praesidentiam dimiserit? R. Affirmative.

XIII. 1681. Nicolaus Bouchy, Fumaccnsis Arduennas, anno 1652 inter artium magistros e paedagogio Porci quintus, S. T. baccalaureus, majoris collegii alumnus, presbyter. Quum pro obtinendo vigore privilegiorum academicorum pastoratu litem sustinere cogitur, vexatio dedit juris intellectum, creatusque est J. U. licentiatus; dein sacrorum canonum seu decretorum per 20 annos professor ordinarius ac regius, et in divi Petri primae fundationis ultra 7 annos canonicus,

necnon ab anno 1681 collegii hujus Winckeliani 18 annis praeses. Anno 1684, 29 maji, possessionem adiit praebendae canonicalis in cathedrali Brugensi, quam via nominationis academicae obtinuerat, eamque 15 junii 1691 cum Petro Boury, capellano sacri Cruoris in eadem cathedrali, permutavit.

Vir in jure praesertim canonico versatissimus et optimi consilii specialis eximii domini Martini Steyartii omniumque cum ipso sentientium amicus.

Anno 1699, die 28 februarii, ea ipsa die, quin et hora, qua quarta vice rectoratu academico defungitur, vita functus; sepultus ante ambitum meridionalem chori divi Petri inter altare sanctae Crucis et divi Petri, sub lapide sepulcrali, quem vivens sibi posuerat, cui sequens epitaphium appositum dein fuit litteris marmoreis, et insignia : D. O. M. | SUB HOC LAPIDE QUEM PRIDEM VIVUS SIBI POSUERAT | SEPULTUS JACET NICOLAUS BOUCHY FUMACENSIS | PRESBYTER, J. U. L. HUJUS ECCLESIAE CANONICUS | SACRORUM CANONUM PROFESSOR REGIUS COLLEGII | WINCKELIANI PRAESES QUI EADEM HORA QUA HUJUS | UNIVERSITATIS QUARTO RECTORATU DEFUNGEBATUR | VITA FUNCTUS EST PRIDIE KAL. MART. | MDCXCIX. | RARAM EJUS ET PROFUNDAM TUM IN UTROQUE JURE | TUM IN THEOLOGIA DOCTRINAM FIRMUMQUE AC | SOLERS IN REBUS ARDUIS JUDICIUM COAETANEI SUSPEXERUNT, DESIDERABUNT POSTERI. | ORATE PRO VIRO DE ACADEMIA BENE MERITO.

Paquot : « Quo necdum mortuo, collegii regimen capessit Lambertus Ghion. »

XIV. 1699, factus est praeses Lambertus Ghion, Iscanus (ex Overyssche, Isca superiore), natus 22 augusti 1660, patre Lamberto, matre Maria Van den Nesse. Literas humaniores in gymnasio sanctissimae Trinitatis didicit; hinc in philosophiae studio excipitur; verum his studiis vis morbi, progressum impediens, metam intempestive posuit. Inde ad studium juris se convertit, annoque 1697 licentiae lauream obtinet; tum anno 1699 lectio juris civilis publici ei confertur, et collegii hujus Winckeliani praeses constituitur, cujus status temporum adversitate non parum periclitabatur. Indefessam

navavit operam, ut collapsi collegii decorem redintegraret (1) suaque industria eo rem perduxit, ut non tantum pristino decori fundationem restituerit, sed plurimum et aedificiis et bonis etiam post mortem auxerit, ita ut non modo restaurator, sed absque invidia fundator jure nuncupari possit. Nec solis his curis distrahebatur, sed in quibusvis arduis ab alma Universitate adhibebatur, praecipuaeque partes ei demandabantur. Sub ea tempora erigebatur splendidum ac magnificum bibliothecae academicae aedificium, opus sane, quod plures requirebat expertissimos, qui dignam aedificio huic formam darent et ad optatum finem perducerent; sed quia unicuique probe nota erat ejus dexteritas et in hac aede perspicacitas, uni domino Ghion credita fuit haec provincia. Neque fiducia fefellit Universitatem, probante opere.

Canonicatum in cathedrali beatae Mariae Virginis Antverpiae obtinuerat quidem, sed numquam resedit; item in collegiata divi Petri Lovanii. Selectos bibliothecae suae authores Universitati ipse vivens donavit.

Vir omni genere virtutum ornatus; vultus ei comis, candidus et benignus; sermo hilaris, amoenus; urbanitas nativa, ab omni fuco aliena; fidus erat et studiosis amicus, erga quosvis officiosus, ut qui ad bene merendum de proximo, quantum posset, natum se putaret. Pacis et tranquillitatis amantissimus, omnem causam rixarum et dissidiorum summa cura fugiebat,

Tandem infirmitatem ingravescentis aetatis sentiens, et asthmatis et hydropis doloribus oppressus, soli Deo vacare studens, collegii regimine, substitui sibi desiderans clarissimum C. A. Majoye, J. U. doctorem, omnibusque seculi curis se exuit, et ex hac vita discedet 24 novembris 1739, hora decima vespertina, aetatis anno 80°, condito testamento 21 novembris 1738 coram F. Gilbert.

Fratrem habuit vel sororium N... Charliers, supremi concilii Brabantiae senatorem et advocatum fiscalem.

(1) « Prudenti oeconomia rem collegii auxit et ejus villam de Raspol collapsam ampliori forma restauravit. » *Note de Paquot.*

Paquot : « Mortuus 24 novembris 1739, abdicato ab aliquot » mensibus regimine. Eidem viventi et roganti substitutus » est Carolus Antonius Majoye. »

XV. 1739. Carolus Antonius Majoye, sive *Massué*, Lovaniensis, natus 6 maji 1706, patre Antonio, matre vero Anna Van Hove. Litteras humaniores in gymnasio sanctissimae Trinitatis edoctus, anno 1724 in artibus e paedagogio Castri omnium votis primus renuntiatus est; dein J. U. licentiatus et professor extraordinarius sacrorum canonum et secundae fundationis canonicus. Dein professor sacrorum canonum ordinarius et in divi Petri primae fundationis canonicus. Anno 1732 sacerdotio initiatur et J. U. doctor renuntiatur, etc. Senescenti L. Ghion, hujus collegii praesidi, primum coadjutor praesidentiae, ac, eo defuncto 1739, et ipse praeses constituitur. Quum indefesso labore jurisprudentiae insudasset et eruditionem magnam sibi praemature comparasset, tabe consumitur, ac 25 martii 1741, hora secunda pomeridiana, in flore juventae (nondum enim 35um expleverat annum) ex hac vita rapitur. Vide J. U. doctores.

XVI. 1741. Guilielmus Leunckens, Lovaniensis, stirpe patricia oriundus, natus 8 martii 1700, patre Joanne Baptista, matre Anna Willemaers. Utroque parente à teneris annis orbatus fuit.

Litteras humaniores in gymnasio sanctissimae Trinitatis didicit, ibique anno 1718 in dialectica sextam palmam retulit. Hinc anno 1720 inter artium magistros, e paedagogio Falconis 14us renuntiatus; ex quo, habitu clericali assumpto, studium juris amplexus est, seseque ad collegium hoc Winckelianum contulit, atque 24 vel 26 septembris 1724 summo cum applausu licentiae laurea condecoratus est : obtVLIt DoMVs WInCkeLII.

Anno dein 17.. lectionem ei sacrorum canonum cum canonicatu secundae fundationis annexo contulerunt consules.

Tum et anno 1732 vel 1733, cum 33um aetatis suae attigisset, ad sacrum presbyteratus ordinem promotus fuit.

Anno 1741, e vivis erepto clarissimo domino Carolo An-

tonio Majoye, collegii hujus Winckeliani praeside, a provisoribus collegio huic praeficitur, illudque pro maxima parte a fundamentis anno 1750 restauravit et in augmentum bibliothecae in testamento, quod anno 1762 confecit, legatum reliquit.

Eodem anno 1741, quo ad praesidentiam aedis Winckelianae evectus fuit, ad canonicatum primae fundationis in ecclesia divi Petri cum lectione regia ad decretum Gratiani ei annexa per litteras patentes de die 12 decembris 1741 caesareae Suae Majestatis fuit promotus. Obiit in egenos valde liberalis 3 aprilis 1773; sepultus 6 aprilis in divi Petri ante altare sancti Ivonis cum epitaphio : D. O. M. | HIC CONDI VOLUIT | REVERENDUS ADMODUM | AC CONSULTISSIMUS DOMINUS | GUILIELMUS LEUNCKENS LOVANIENSIS | FILIUS JOANNIS BAPTISTAE | ET ANNAE WILLEMAERS | S. R. E. PRESBYTER, J. U. L. | PROFESSOR REGIUS AD DECRETUM | GRATIANI, INSIGNIS HUJUS ECCLESIAE | COLLEGIATAE CANONICUS NECNON | COLLEGII WINCKELIANI LOVANII | PRAESES DIGNISSIMUS | AETATIS 73 ANNORUM. OBIIT 3 APRILIS | MDCCLXXIII | R. I. P.

XVII. Franciscus Vounck, Lovaniensis, filius Jacobi ex Hittdorf e dioecesi Coloniensi, et Joannae Catharinae Colfs, Mechliniensis, frater vero Judoci Joannis Henrici Vounck, medicinae doctoris et professoris; anno 1761 inter artium magistros, e paedagogio Porci 28us promotus; J. U. licentiatus, primum, vivente adhuc domino Leunckens, praesidentiae coadjutor, eoque defuncto 3 aprilis 1773, et ipse praeses constituitur. Atque anno 1775 in locum domini Lannoy, defuncti 31 martii 1775, ad divum Petrum canonicus, 12 junii in possessionem mittitur, dein ejusdem capituli thesaurarius, etc.

Obiit F. Vounck Lovanii 3 aprilis 1804 inopinato, hora secunda nocturna, aetatis 62 annorum, munitus Ecclesiae sacramentis.

Fundationes bursarum in collegio Winckeliano.

1. Fundator *Joannes Winckelius*, notarius conservatoris Universitatis, cum filio suo Joanne, medicinae doctore, fun-

Digitized by Google

daverunt istud collegium annis 1505-1555, ut supra dictum est.

2. *Joannes Van den Heetvelde*, canonicus Brugensis, filius Joannis Van den Heetvelde, medicinae doctoris, fundavit anno 1567 bursas duas, quamlibet 50 florenorum.

3. *Petrus Marissal* testamento suo, condito anno 1620, fundavit bursam unam, idque a morte matris suae Agnetis Rami, quae incidit in annum 1638. Praesentatio erat penes familiam Reynbouts.

4. *Franciscus de Baillencourt*, Nivigellensis, episcopus Brugensis, olim hujus collegii praeses, qui obiit 3 novembris 1681, fundavit bursam unam.

État actuel des revenus des fondations annexées autrefois au collège de Winckel.

Fondations administrées par la commission provinciale du Brabant.

Fondateurs.	Revenus. Frs	Cts
1. Baillencourt (François de)	139	71
2. Heetvelde (Jean Van den).	478	00
3. Winckel (Jean Van) et Winckel (Jean Van), fils.	1803	85

Note complémentaire pour l'histoire du collège de Winckel.

Après la suppression de l'Université en 1797, les bâtiments du collège de Winckel ne furent pas aliénés par le prytanée de Saint-Cyr, et devinrent, par conséquent, plus tard la propriété de la ville de Louvain. Ils furent donnés en location, pendant quelques années, à la *Société de l'Union*. Le gouvernement hollandais y établit ensuite une école militaire pour les officiers de différents grades. Ce fut dans cette école que Jacotot fit les premiers essais de la méthode qui

l'a rendu célèbre et à laquelle il a donné le nom d'*Enseignement universel* et d'*Émancipation intellectuelle*. Après la révolution belge de 1830, le collège de Winckel servit successivement de caserne, d'hôpital militaire et de magasin de dépôt pour la cavalerie. Depuis quelques années, il a été converti en école communale pour garçons.

5. Collège d'Arras.

Ce collège, situé rue *de Namur*, était nommé collège d'Arras, *collegium Atrebatense* et, en flamand, *Atrechts collegie*, d'abord, parce qu'il fut fondé par Nicolas Ruter, évêque d'Arras, et ensuite, parce que le fondateur appelle, en première ligne, à la jouissance des bourses de son collège trois anciens enfants de chœur de la cathédrale d'Arras. Les étudiants pouvaient suivre les cours soit de philosophie à la pédagogie du Porc, soit de théologie ou de droit canonique aux halles.

Collegium Atrebatense.

Recolendae memoriae dominus Nicolaus de Ruytere, episcopus Atrebatensis, in anno 1508 pro pauperibus scholaribus sedecim, videlicet tribus choralibus Atrebatensibus, tribus choralibus Cameracensibus, tribus Harlemensibus, duobus Lovaniensibus, quatuor Luxemburgensibus et uno ex Brecht, qui scholas paedagogii Porci visitant, uno rectore et ministris necessariis, fundavit in fundo et horto ad hoc comparato in platea dicta *Proefstraete* (1) collegium, quod vocatur Atrebatense.

Ad cujus collegii sustentationem quinque colonias seu villas applicuit : unam intra oppidum Lovaniense, alteram in pago de Nerys (2), tertiam in pago de Bevecom (3), in quo et quartam, quintam in pago de Meldert, praeter quosdam particulares fundos et diversos reditus, necnon incorporationem decimarum pagi de Brecht, quae communiter trecentis florenis annuis locari solet.

(1) *Proefstraete, Proststraet, rue du Prévôt*, actuellement *rue de Namur*.

(2) *Neerys*, Neerysscbe, village situé à deux lieues sud de Louvain.

(3) *Bevecom*, nom flamand de Beauvechain.

Hoc collegium in pleno suo statu erat in saepe dicto anno 1578; ex quo tempore nulli novi bursarii sunt admissi, sed qui tunc in possessione erant, diffluere paulatim coeperunt, et quidem eorum novissimus in mense decembri anno 1580. Ad quod inconveniens dictum collegium pervenit ex saepe jam dicta supervenientis praesidiarii militis hospitatione, quae in hoc collegio gravissima et sumptuosissima, praesertim equitum, fuit. Cui accessit dictae villae seu coloniae in oppido Lovaniensi tanta ex insolentia militari ruina, ut vix illius vestigium supersit, excisis etiam omnibus illius arboribus. Et trium aliarum villarum aedificiis ingentia damna fuerunt illata, illarumque et omnium aliorum fundorum cultura deserta, decimis quoque praedictis in pago de Brecht cessantibus, ita ut inde pluribus annis nihil aut admodum exiguum percipi potuerit. Retentus nihilominus in eo hujus collegii praesidens seu rector, qui erat et adhuc est dominus et magister Cornelius Reneri, Goudanus, sacrae theologiae doctor, cum necessaria familia, absque quo alioquin in periculo ruinae erat dictum collegium, quod hac ratione in sua integritate conservatum est, quamvis in multis partibus notabili reparatione indigeat. Qui praesidens omnem adhibuit operam magnumque sumptum fecit pro quibusdam ex villis reparandis et fundis ad culturam redigendis, sed non quo speravit successu per mortem jumentorum et perdurantem discursum militarem, ita ut adhuc exiguum sit, quod ex his villis et fundis percipitur et adhuc percipi poterit.

In qua perdurante hac difficultate provisores dicti collegii cum domino praesidente convenerunt, ut suo sumptu in collegio familiam alat et consuetas eleemosynas praestet, in subsidium pro custodia et regimine domus illi assignando ex proventibus collegii ducentos florenos tantisper dum bona collegii plenius restituta et collegium ad veterem formam redacta erunt.

Hujus collegii provisores sunt plebanus sancti Petri Lovaniensis et praesidens sabbatinarum disputationum in theologia.

(Extrait du rapport sur l'état des collèges de l'Université de Louvain en 1589).

Nomen habet a fundatore Nicolao Ruter, quem alii *Ruistre* appellant. Fuit is patria Luxemburgensis, tertius ad divum Petrum Lovanii a 10 junii 1487 praepositus, eoque titulo Academiae cancellarius, canonicus olim ad beatam Mariam Virginem Teneramundae, praepositurae divi Bavonis apud Harlemenses commendatarius perpetuus, tribus ex ordine principibus Carolo Pugnaci, ejus filiae Mariae et Philippo archiduci a consiliis, Cameracensis ecclesiae per Brabantiam archidiaconus et canonicus Lyranus, qui in aede divi Petri Lovanii anno 1502, die 7 augusti, Atrebatensi mitra donatus fuit. Hic testamento condito anno 1509 magnificum hoc excitavit collegium, quod et splendide dotavit, institutis in eo bursis, ut vocant, sedecim : tribus pro Atrebatensibus, et totidem pro Cameracensibus, iisque choralibus sive pueris chori ; item quatuor pro Luxemburgensibus, tribus pro Harlemensibus, duabus pro Lovaniensibus, una pro Brechtanis, artium et philosophiae studiosis in paedagogio Porcensi, quod vicinius est, indeque, si ad id judicentur idonei, theologiae vel juris canonici ; omnesque toga talari sive, ut statuta habent, tabardis longis ad talos decenter vel clericaliter formatis utantur necesse est ; neque exire aut prodire in publicum cuiquam permissum est, nisi comes aliquis adsit a praeside deputandus. Statuta vero rectori ac scholaribus hujus collegii praescripsere, ex potestate per ultimam voluntatem fundatoris sibi facta, Adrianus Florentii de Trajecto (Adrianus VI pontifex) et Joannes Robbyns, ecclesiarum collegiatarum sancti Petri Lovanii et sancti Rumoldi Mechliniae respective decani, constitutis visitatoribus curato seu plebano ecclesiae sancti Petri et praeside disputationum collegii theologorum sive sabbatinarum in scholis theologicis ; publicata demum anno a Nativitate Domini 1532, 18 novembris, altero executorum Joanne Robbyns, tunc adhuc superstite. Moritur Mechliniae 15 novembris 1509, sed translatus est Lovanium, et sepultus in choro divi Petri, ubi ejus sarcophago apposita lamina aenea cum ejus effigie et insignibus ; circum haec verba inscripta : HOC SAXO TEGITUR PIENTISSIMUS PATER | NICOLAUS RUTER DE LUXEMBURGO | EPISCOPUS

ATREBATEN. DOMUS BURGUNDIE CONSILIARIUS | ET SERVITOR FIDELISSIMUS | INSIGNIS HUJUS ECCLESIE PRAEPOSITUS | ET UNIVERSITATIS | CANCELLARIUS | COLLEGII ATREBATEN. IN HOC OPPIDO FUNDATOR | MAGNIFICUS | QUI OBIIT MECHLINIAE ANNO DNI M. IↃ. IX. | MENSIS NOVEMBRIS DIE XV | REQUIESCAT IN PACE. Ita VALERIUS ANDREAS in *Fastis academicis*, ed. 2ª, p. 301, et PAQUOT, in *Fastis academicis manuscriptis*.

Aliud epitaphium Ruteri in divi Petri, et inscriptionem in ejus honorem apud Carthusianos Lovanii edidit SWEERTIUS, *Monumenta sepulcralia ducatus Brabantiae*, pp. 204-205 et 239-240.

Collegio huic adjectum fuit aedificium inter hortum et aream sub praeside Joanne Schinckelio, sacrae theologiae doctore, qui collegio huic praefuit ab anno 1611 ad 1639 vel 1640. Tum et annis 1774, 1775 et 1776 eidem adjecta fuere aedificium ad aream interiorem juxta collegium Praemonstratense, extendens se a praecedenti aedificio, quod hortum ab area separat, ad plateam *Praepositi* usque, item aedificium ad plateam *Praepositi* seu potius porta. Fuitque aedificium e regione portae cum sacello eidem contiguo omnino restauratum, portaeque collegii sequens imposita inscriptio cum insignibus fundatoris sub praeside Deckers, sacrae theologiae doctore :

COLLEGIUM
ILLUSTR. D. NICOLAI RUTHER
EPISCOPI ATREBATENSIS FUND.
Aº 1509 RENOVATUM Aº 1775.

Nicolaus Ruter, episcopus Atrebatensis, in tantum addictus fuit patribus Carthusiensibus, ut cogitaret de fundatione novi monasterii. Sed, communicatione desuper habita cum Joanne Robbyns, decano Mechliniensi, loco ejus fundavit in Universitate collegium Atrebatense. Cellam tamen cum suis attinentiis fundavit et liberaliter dotavit in carthusia Lovaniensi. Vide Molani *Historiam rerum Lovaniensium*, I, p. 297 ; et *Analectes pour servir à l'histoire ecclésiastique de la Belgique*, XVI, pp. 258 et 278.

Praesides collegii Atrebatensis.

I. Primus hujus collegii praesidens ab anno 1511 (potius 1513) vel circa constitutus fuit Joannes de Lyra cognomento West, antea collegii seu domus Standonicae pater, sacrae theologiae licentiatus. Residuum bonorum suorum voluit converti in distributionem annuam pauperibus studiosis faciendam. Obiit 4 decembris 1541; sepultus in sacello collegii.

« Joannes West, aliter a patria dictus de Lyra, qui, condito testamento, legatis quibusdam factis, residuum bonorum suorum converti voluit in distributionem annuam pauperibus studiosis faciendam, jacet in medio hujus collegii sacello, ubi ipsius effigies caeruleo lapidi insculpta; circa haec verba : HIC. JACET. SEPULTUS. | VENERABILIS. DNS. ET. MGR. JOANNES. WEST. DE | LIRA. SACRE. THEOLOGIE | LICENTIATUS. PRIMUS. HUJUS COLLEGII. PRESES. QUI. OBIIT. ANNO. DNI. 1541 4ta DEC^b. » Ita Paquot.

II. 1541 vel 1542. Wernerus Aerdius, vulgo *Aerts*, Noviomagus, anno 1525 in artibus e paedagogio Porci quintus; dein in hoc paedagogio Porcensi philosophiae professor, tum S. T. licentiatus. Ab anno 1544 ad obitum usque ethices christianae professor ordinarius et ad divum Petrum secundae fundationis canonicus; anno 1557, februario, Academiae rector, postulatus a facultate medica, electus Collegio huic Atrebatensi ad obitum usque praefuit. Obiit anno 1572.

Paquot : « Depositus quoque in sacelli ejusdem parte dextera : HIC JACET SEPULTUS VENERA | BILIS DNUS ET MGR WERNERUS ARDIUS NEOMAGENSIS | SACRAE THEOLOGIAE LICENTIATUS | SECUNDUS COLLEGII HUIUS PRAESES QUI OBYT ANNO DNI 1572 MARTII 6^a. »

III. 1572, 17 *aprilis*. Cornelius Reyneri, Goudanus, sacrae theologiae doctor anno 1568. Ex praeside collegii majoris theologorum factus 17 aprilis 1572, vel paucis ante diebus, collegii hujus Atrebatensis praeses. Eidem muneri immoritur 16 decembris 1609, aetatis anno 84°, doctoratus 41°. Vide sacrae theologiae doctores.

IV. 1609. Joannes Wiggers, Diestensis, ab anno 1607 sacrae theologiae doctor. Factus hujus collegii praeses anno 1609, hincque anno 1611 transiit ad praesidentiam collegii Leodiensis; cui immoritur 29 martii 1639, aetatis anno 68°; sepultus in collegiata divi Petri. Vide sacrae theologiae doctores.

V. 1611, Joannes Schinckelius, Lovaniensis, factus est hujus collegii praeses; tum anno 1612 sacrae theologiae doctor renuntiatus. Anno 1639, mense novembri, eligitur collegii Adriani VI pontificis praeses. Obiit 12 martii 1646, aetatis anno 65°; sepultus apud Praedicatores Lovanii. Sub hujus praesidentia anno 1633 extructum est aedificium inter hortum et aream collegii. Vide sacrae theologiae doctores.

VI. 1639 vel 1640, Gerardus Van Werm, Mosaetrajectinus, factus est hujus collegii praeses. Ab anno 1636 sacrae theologiae doctor. Obiit 13 januarii 1681; sepultus in sacello collegii, cum epitaphio, in quo dicitur *sextus collegii praeses*. Unde Maximilianus Robaux, sacrae theologiae licentiatus, qui coram R. Wouters, notario, ad 15 julii 1644 legitur praeses collegii Atrebatensis, non fuit praeses; forte tantum vicepraeses sub Wermio. Van Werm, sacrae theologiae doctor, collegii Atrebatensis praeses fuit electus rector Academiae augusto 1640. Vide sacrae theologiae doctores.

VII. 1681, 16 *januarii*, factus est praeses Joannes Lacman, Tornacensis, ab anno 1675 sacrae theologiae doctor renuntiatus. Hanc praesidentiam eodem anno 1681, 13 novembris, dimisit, reversus ad seminarium archiepiscopale Mechliniense, cui ab anno 1679 post obitum domini Neesen praefuit, ibidemque obiit 19 septembris 1704, aetatis 75 annorum. Vide sacrae theologiae doctores.

VIII. 1681, 13 *novembris*, Bartholomaeus Pasmans, Mosae-Trajectensis, presbyter, sacrae theologiae licentiatus, et ad doctoratum admissus, est electus hujus collegii praeses. Tum 13 octobris 1682, sacrae theologiae doctor renuntiatur. Obiit in hoc collegio 25 augusti 1690, aetatis anno 49°; sepultus in sacello ejusdem cum epitaphio ad parietem e regione sepulcri. Vide sacrae theologiae doctores.

IX. 1690, defuncto Pasmans, electus est praeses Aegidius Muel, Leeuwensis sancti Leonardi, praeeratque tunc collegiò Mechliniensi; et ab anno 1689 sacrae theologiae doctor renuntiatus. Anno 1690 exeunte, dum ad hoc collegium Atrebatense migrare cogitat, catharro opprimitur et moritur in collegio Mechliniensi 2 januarii 1691; sepultusque est in collegii Atrebatensis sacello. Aetatis erat 42 annorum.

X. 1691. Nicolaus Pauwels, Lovaniensis; baptizatus in divi Petri 21 julii 1655, filius Joannis et Barbarae Eeremans, literas humaniores Lovanii edoctus, et inter artium magistros anno 1674 e paedagogio Castri octavus renuntiatus est. Hinc inter bursarios theologiae studiosos in hoc Atrebatensi collegio adscribitur; a quo, peractis quatuor pro licentia disputationibus, transiit anno 1681 ad curam de Beyghem, qui est pagus duabus leucis Bruxellis dissitus, ibidemque ad ejus conciones tantus fiebat populorum concursus, ut quandoque extra ecclesiam praedicare oporteret.

Vacabat eo tempore ab anno 1679 per obitum Philippi Alberti Du Trieu in divi Petri Lovanii plebania, et de successore habendo contentio quaedam orta erat; quae tandem 2 januarii 1685 sopita fuit. Eademque hac 2 januarii 1685, consules oppidi Lovaniensis Nicolaum Pauwels ad hanc plebaniam nominarunt. Qui dein eodem anno 1685, 4 decembris, licentiae lauream in sacra theologia obtinuit, et ad magisterii gradum dein etiam admissus fuit.

Anno 1686 ab abbatibus Parcensi et Vlierbacensi collegio Marcelli Craendonck praeficitur; ex quo anno 1691 transiit ad praesidentiam hujus Atrebatensis collegii; eodemque hoc circiter tempore fit districtus Lovaniensis archipresbyter.

Anno 1703, 24 februarii, nominatur ad regiam catecheseos professionem, cui primae fundationis canonicatus in divi Petri annexus erat.

Anno 1713 ineunte, catharro improviso opprimitur et ad mortem se praeparat; a quo quidem convaluit, sed secundo, priori magis improviso, ex hac vita abripitur 22 aprilis 1713, aetatis 57 annorum et 9 mensium. Omnia dedit vel reliquit in pias causas.

Sed quae viri summa laus : adeo grata donatus erat eloquentia ut velut *os aureum* seu *Chrysostomus* alter, omnium sui aevi concionatorum coryphaeus atque magister haberetur. Magnae virtutis, comis, decretis sanctae sedis super controversiis istius temporis tametsi firmiter adhaereret, nulli tamen, licet aliter sentienti, erat inimicus; singulariter in theologia morali excellens et in historia et disciplina ecclesiastica juxta versatus.

Quae in lectionibus suis catecheseos docuerat, a morte ipsius edita sunt sub titulo *Theologiae practicae*, 5 vol in-12.

Desideraverat sepeliri in coemeterio ad divum Petrum; ast, agente fratre ejus, pastore majoris begginagii, sepultus est juxta matrem suam in ecclesia sancti Quintini parochiali, cui collegium Atrebatense suberat.

XI. 1713, 16 *julii*, electus ex praeside collegii Divaei, factus est hujus collegii praeses Hermannus Damen, Tungrensis, sacrae theologiae doctor ab anno 1691 et ad divum Petrum Lovanii decanus, necnon privilegiorum academicorum conservator. Obiit in collegio Atrebatensi 29 octobris 1730, aetatis 74° anno. Vide sacrae theologiae doctores.

Anno 1713, collegium hoc Atrebatense, jam ducentenaria domus jubilaria, jubilaeum celebravit et edidit *CantICVM gaVDII*.

XII. 1730, Natalis Du Bois, ex My in agro Durbutensi, ab anno 1727 sacrae theologiae doctor, ex praeside collegii Houterlaei fit hujus Atrebatensis praeses; ex quo factus dein anno 1736 collegii majoris praeses. Obiit ibidem 17 julii 1757, aetatis 70 annorum, diuturna tabe consumptus et hydropisi oppressus. Vide sacrae theologiae doctores.

XIII. 1736, 28 *novembris*, Lambertus De Jeneffe, Huensis, electus est ex vicepraeside collegii majoris theologorum collegii hujus Atrebatensis praeses; sacrae theologiae doctor ab anno 1732 renuntiatus. Obiit Lovanii, 25 januarii 1753, aetatis 54 annorum. Vide sacrae theologiae doctores.

XIV. 1753, ex praeside collegii minoris theologorum factus est hujus collegii praeses Stephanus Dominicus De Laittres,

a Brania Comitis; ab anno 1732 sacrae theologiae doctor renuntiatus. Obiit in hoc collegio Atrebatensi 8 septembris 1773, hora 3ª nocturna, aetatis 77 annorum. Vide sacrae theologiae doctores.

XV. 1773, 9 *septembris*, Thomas Lambertus Ghenne, Lovaniensis, electus est hujus collegii praeses ex praeside collegii minoris. Anno 1774, 9 januarii, eligitur collegii Adriani VI pontificis praeses. Ab anno 1766 sacrae theologiae doctor. Vide sacrae theologiae doctores.

XVI. 1774. Post dimissionem domini Ghenne, ex praeside collegii sanctae Annae factus est hujus collegii praeses Gerardus Deckers, ex Kevelaer; ab anno 1766 sacrae theologiae doctor renuntiatus. Obiit in hoc collegio Atrebatensi 23 julii 1782, aetatis 49 annorum; sepultus in coemeterio majori divi Petri sine oratione funebri et sine scheda mortuaria; ita enim voluit. Annis 1774, 1775 et 1776 collegium sub hoc praeside renovatum fuit. Vide sacrae theologiae doctores.

XVII. 1782, 23 *julii*. Defuncto domino Deckers, eadem die, ex praeside collegii Standonici factus est praeses Joannes Baptista Samen, Lovaniensis, natus anno 1742. Literas humaniores in gymnasio sanctissimae Trinitatis Lovanii didicit, ubi constanter primus. Anno 1763 in artibus e paedagogio Porci undecimus, dein primum ad sanctum Quintinum capellanus, licentiae lauream in sacra theologia 16 februarii 1773 obtinuit. Defuncto 10 decembris 1773 plebano et praeside collegii Divaei, Francisco Balthasare Lints, ex procuratore et lectore collegii Hollandici 15 decembris 1773 a consulibus oppidi Lovaniensis in ejus locum nominatur, ac 18 ejusdem mensis in possessionem mittitur; eademque hac die a provisoribus collegii Divaei praeses eligitur. Hinc anno 1782, defuncto 25 maji eruditissimo domino Polet, collegii Standonici praeside, regimen hujus domus adiit eodem die. Inde anno 1782, 23 julii, defuncto eximio domino Deckers, a provisoribus hujus collegii Atrebatensis praeses constituitur. Tum et districtus Lovaniensis ad septentrionem (sepa-

ratione facta hujus districtus) ab archiepiscopo Mechliniensi archipresbyter constituitur 24 julii 1784.

« Variis hisce, ait *Scheda* ejus ***mortuaria***, et merito, honoribus ac muneribus cum gloria semper crescente perfunctus, neminem se reliquit superiorem. Etenim, si difficile est bene docere theologiam, bene docuit, non tamen in scholis publicis theologicis ; sed id praestitit in cathedra sua concionatoria, in collegiata divi Petri ecclesia; si difficilius est praeesse collegio non tantum, sed presbyteris et pastoribus, praesertim calamitosis temporibus, bene praefuit; si ars artium est et munus angelicis humeris formidandum curam gerere animarum, oves pascere verbo et exemplo, curam gessit potens in opere et sermone. Enim vero, non interrupta serie, nisi quum coëgit eadem cum sancto Joanne Chrysostomo vitae calamitas aut corporis infirmitas, per 38 annos singulis diebus dominicis et festivis praedicavit verbum Dei. Ast quomodo praedicavit? Temerarium foret de sanctorum ecclesiae patrum justissima veneratione vel minimum decerpere laudis in laudem sacerdotis magni, qui fucata non indiget laude; sed illud sine fuco dicere ausim, dum e cathedra sermocinantem vidisses, te non absimilem Chrysostomo, qui ei inter dicendum familiaris erat, non absimilem Ambrosio aut venerando quodam antiquitatis patri, patrem dixisses audivisse. Tanta majestas in facie, tanta in verbis et corporis habitu gravitas, tanta in sententiis concinnitas, tanta in morum commendatione puritas elucebat! Ast quid prodest verbi divini praedicatio, nisi ipsa praedicetur praedicantis exemplo! O vos omnes, qui forte opinionum varietate aliquando ab ipso dissensistis, redite ad pristinam, qua jure merito semper gravisus est, famam. Cernite nobiscum animo virum undique venerabilem, cujus vita ab ipsis incunabulis et per adolescentiam, testibus coaetaneis vivis, semper exemplo fuit; cujus vita in sacerdotali dignitate, in cura pastorali, in reliquis muneribus irreprehensibilis fuit non tantum, sed aedificans et eminens; cernite animo sacerdotem magnum, qui suffulsit domum Dei et in diebus suis corroboravit templum, vergentem ad finem vitae.

« Biennio ante obitum, abdicatis decanatus functionibus, ut liberius Deo vacaret, quod triduo ante mortem testatus est, omne tempus in praeparatione ad sanctam mortem, in piis meditationibus, in Scripturae sacrae et sanctorum patrum et asceticorum lectione consumpsit; nec interea, etiamsi vires in dies diminui sentiret, a praedicando verbo Dei cum eodem ardore impediri potuit. Ex quo illud plane memorabile et mirandum contigit, ut vitam finierit eodem modo, quo illam finivisse sanctum Ambrosium in ultima concione exhibebat populo. Scilicet uti sanctus Ambrosius persecutionibus, adversitatibus, jejuniis, literarum studio, verbi Dei praedicandi indefesso ardore, tandem exhaustis naturae viribus, felicem mortem oppetiit, ita persecutionibus et adversitatum molestiis, assidua animi applicatione, jejuniis, quae protraxit ad tempus jam incipientis morbi, viribus etiam exhaustus, sub mole laborum pridie Nativitatis Domini anni 1811 (RVIT CONCIONATORVM DECOR); sed ita ruit, ut viaticum, ne improvisus casus eum praeveniat, in sacello domestico, in ipsum finem sacrificium offerens, sibi ipsi ministraret ultima dominica die anni 1811.

Post biduum, indicta medici judicio solemni sacramentorum administratione, quam diligenti praeparatione, quam viva fide, quam firma spe, quam ardente caritate, quanta compunctione animi inter copiosas adstantium sacerdotum et fidelium comitantium lacrymas suscepit haec ultima divini amoris pignora! Postridie apostolica benedictione, quam ipse rogaverat, donatus, quod reliquum fuit temporis, in contemplatione divinae bonitatis, amoris et misericordiae, quae continuo in ore habebat, in piis suspiriis et crebris sanctae Crucis amplexibus insumpsit, donec tandem, morte correspondente vitae bene actae, animam Deo redderet medio tertiae nocturnae, 10 januarii 1812.

Fundationes bursarum in collegio Atrebatensi.

1. Fundator *Nicolaus Ruter* anno 1508 instituit sedecim bursas. Vide supra p. 155.

2. *Joannes de Lyra*, cognomento *West*, anno 1541 residuum bonorum suorum converti voluit in distributionem annuam pauperibus studiosis faciendam.

3. *Vincentius Berthyns*, Lovaniensis, primum Guilielmi, Bavariae ducis, post Lovanii in divi Petri capellanus, et soror ejus *Heylwigis Berthyns*, fundaverunt bursam. Moritur haec anno 1614; ille 18 septembris 1621 in collegio Pelsiano, cui praeerat.

4. Illustrissima domina *Margareta de Croy*, comitissa de Furstemberg, fundavit anno 1618 bursam unam.

État actuel des revenus des fondations annexées autrefois au collège d'Arras (1).

A. *Fondations administrées par la commission provinciale du Brabant.*

Fondateurs.	Revenus. Frs	Ces
1. Berthyns (Hedwige)	929	41
2. Berthyns (Vincent).	329	19
3. Castelain	192	92
4. Pauwels (Nicolas)	290	67
5. Werm (Gérard Van)	190	99

B. *Fondations administrées par le bureau du séminaire de Malines.*

1. Lejeune	199	56
2. Ruter (Nicolas) et Damen (Herman)	4542	92
3. Reineri (Corneille) et Deckers	261	81

Note complémentaire pour l'histoire du collège d'Arras.

Après la suppression de l'Université, le collège d'Arras fut vendu, le 29 août 1807, par la direction du prytanée fran-

(1) Dans ce tableau nous indiquons les revenus actuels des anciennes fondations d'après le compte de l'année scolaire 1876-1877.

çais de Saint-Cyr. Il fut acquis par les époux De Bruyn. Converti depuis cette époque en habitation privée, il a passé à différents propriétaires. Une partie du jardin a été incorporée au parc Saint-Donat. Depuis le mois d'octobre 1881, on a installé, dans les bâtiments de l'ancien collège d'Arras, plusieurs œuvres catholiques, telles que : l'école d'adultes dirigée par les étudiants de l'Université catholique, l'école de dessin dite de Saint-Luc, le cercle de Saint-Joseph, etc.

6. Collège de Houterlé.

Le collège fondé par Henri de Houterlé en l'honneur du Saint-Nom de Jésus se trouvait rue *des Vaches*, vis-à-vis de la rue actuelle *du Manège*. Il était destiné exclusivement à des étudiants en théologie.

Une notice sur le collège de Houterlé, composée par Mgr de Ram au moyen des matériaux rassemblés par Bax, a été publiée dans l'*Annuaire de l'Université catholique de Louvain*, 1842. Incomplète sous plusieurs rapports, elle présente toutefois un grand intérêt parce que le testament du fondateur Henri de Houterlé y est reproduit intégralement.

Collegium Houterlaeum.

« Nomen habet a fundatore Henrico de Houterlé. Fuit ille patria Hoogstratanus, presbyter, in divi Petri Lovanii scholarcha, ac peregrinus milesque dominici sepulchri seu Jerosolymitanus (1), Universitati Lovaniensi incorporatus tertio nonas novembris anni 1483. Idem alia quoque pie fundavit : nam et confraternitatem septem puerorum sancti Petri, quibus et domum suam minorem, collegio proximam, destinarat, in eadem divi Petri ecclesia instituit anno 1496. Postmodum, condito 29 decembris 1510 testamento, post alia pia nec pauca

(1) On croit que Valère André, auquel cette phrase est empruntée, a voulu signifier par ces mots que Houterlé avait fait le voyage de Terre-Sainte et qu'il était associé à l'ordre du Saint-Sépulcre.

legata, ad Dei, Deiparae Virginis, quatuor evangelistarum et quatuor doctorum sanctae Matris Ecclesiae honorem, dictum collegium fundavit, domum suam majorem, quam inhabitare solebat via *vaccina*, et dotem relinquens in alimentum quatuor bursariorum in facultate sacrae theologiae studentium, quos voluit esse promotos in artibus, biretatos, quique locum obtinuerint ante medium totius ordinis suae promotionis, non habentes in veris redditibus viginti quatuor florenos Rhenenses communes annue; unum horum vult ab initio praesidentem collegii nuncupari,cui ceteri tres pareant; atque illum decem annis, reliquos septem gaudere posse suis praebendis sive bursis a se institutis; posse quoque a praeside tres aut quatuor commensales, sed non plures, tribus illis adjungi. Omnium vero et totius collegii perpetuos commissarios et directores designat decanum, curatum et scholasticum ecclesiae sancti Petri, necnon priorem monasterii Carthusiensium oppidi Lovaniensis. » Ita Paquot.

In testamento Henrici de Houterlé, condito 29 decembris anni 1510 (1), sequentia leguntur de fundatione duorum

(1) Comme nous l'avons déjà fait remarquer, le testament de Henri de Houterlé a été publié intégralement dans l'*Annuaire de l'Université catholique de Louvain*, 1842. La date y est indiquée dans les termes suivants : *Anno a Nativitate Domini millesimo quingentesimo undecimo, indictione decima quarta, mensis decembris die dominica vigesima nona.... pontificatus sanctissimi in Christo patris et domini nostri domini Julii, divina Providentia papae secundi, anno suo octavo;* et dans un codicille du lendemain publié à la suite du document : *Die lunae tricesima*. La lettre dominicale de l'année 1511 étant E, le 28, et non pas le 29 décembre, était un dimanche. Il résulte de cette observation que le testament date du 29 décembre 1510 selon notre style ou manière moderne de commencer l'année. Car, pour cette dernière année, la lettre dominicale est F ; et le 29 décembre tombait, par conséquent, un dimanche. A cette époque, on faisait usage, à Louvain, des deux styles ou manières différentes de commencer l'année. La cour des échevins suivait le style de Brabant, dit aussi de Cambrai, qui prenait pour point de départ le samedi saint après la bénédiction du cierge pascal, tandis que l'Université et le

collegiorum : unius pro sacrae theologiae studiosis, alterius pro habitatione et communi usu septem puerorum sancti Petri :

« Deinde dictus dominus testator pie motus ad omnipotentis Dei ejusque intemeratae genitricis Mariae, quatuor Evangelistarum et quatuor doctorum sanctae matris Ecclesiae laudem, honorem et gloriam, suaeque animae salutem, unum collegium perpetuum quatuor bursariorum in facultate sacrae theologiae studentium sub statutis, regulis et ordinationibus infra descriptis fundare, erigere et dotare volens, dedit, legavit et reliquit domum habitationis suae magnam sive principalem, contiguam domui magistri Gerardi de Baussele, cum suis pertinentiis universis pro loco collegii memorati. Et confisus in Dei clementia et in praelatorum ecclesiasticorum et literatorum benevolentia, ut hujusmodi pia sua intentione non frustretur, et ad effectum debite deducatur et intertineatur, idem dominus testator elegit, ordinavit, nominavit et constituit praescripti sui collegii perpetuos commissarios et directores, videlicet venerabiles viros dominos decanum, curatum et scolasticum dictae ecclesiae sancti Petri, nec non priorem monasterii Carthusiensium praedicti oppidi Lovaniensis, pro tempore existentes. Per quos in dicto collegio institui voluit quatuor bursales in facultate sacrae theologiae, ut supra narratur, studentes, bonorum nominis et famae, promotos in artibus, biretatos, qui obtinuerunt locum et promotionem in artibus ante medium totius ordinis suae promotionis, non habentes in veris redditibus patrimonialibus vel beneficialibus, quibus possent se Lovanii ad continuandum studium suum sustentare, viginti quatuor florenos Renenses communes annue.

clergé avaient adopté le style de Liège, qui plaçait le renouvellement de l'année au 25 décembre, fête de la Noël. Le notaire Nicolas de Castro, qui reçut le testament de Henri de Houterlé et s'intitule *Leodiensis dioecesis, sacris apostolica et imperiali auctoritatibus notarius juratus*, a fait usage du style de Liège. Cette assertion est confirmée par l'indication de l'année du pontificat du pape Jules II ; en effet, la huitième année de ce pontife s'étend du 1 novembre 1510 au 1 novembre 1511.

» Voluit insuper et ordinavit, quod unus de dictis quatuor bursariis idoneus aliis per dictos sui collegii commissarios perpetuos constituatur et ordinetur, qui dicetur praesidens collegii; cui omnes in collegio pro tempore habitantes in licitis et honestis debeant esse obedientes.

» Ordinavit insuper, quod dicti bursales in dicto suo collegio habitare et praebendis suis infra declaratis gaudere poterunt annis septem continuis, praesidens vero annis decem, nisi, suis demeritis exigentibus, per praedictos collegii commissarios suspendantur vel priventur ab eisdem, ut clarius infra declaratur. Et si dictis commissariis videatur expedire, poterunt tempus morae cujuslibet praesidentis scilicet et bursariorum, qualitatibus personarum earumdem attentis, ad duos annos continuos et non ultra prolongare.

» Statuit etiam et ordinavit dictus dominus testator et fundator, quod praesidens et alii bursarii necnon commensales, si qui sint, in una communi mensa et esu et potu communi vesci et convivari debeant.

» Item placuit testatori, quod praesidens in expensis acceptare poterit tres aut quatuor commensales,sed non plures, qui pro expensis exsolvere habebunt ad utilitatem collegii et bursariorum ad minus viginti quatuor florenos Renenses communes annuatim, secundum ratam temporis, quo in expensis eorum fuerint.

» Item statuit idem dominus testator et ordinavit, quod ex dictis praesidente et bursalibus sive collegistis unus secundum senium eorum singulis septimanis pro provisione necessaria in coquina exponere debeat; et in fine cujuslibet septimanae simul de per eumdem expositis computum et calculum suis confratribus faciat; quo facto, quilibet pro rata illi expositori ex tunc satisfaciat, et illico idem onus exponendi pro tunc futura septimana sequens senior habeat.

» Item poterit praesidens acceptare unum scholarem artistam in expensis pro servitore mensae; qui tantum dare habebit duodecim vel tredecim florenos Renenses communes et non ultra, et illum, si sibi videatur convenire suis exigentibus demeritis vel negligentiis, licentiare, et alium in locum ejus acceptare.

» Item quod praesidens eligere poterit pro se in dicto collegio unam cameram sibi magis placentem, et post hoc reliquis bursariis ordinare alias cameras cum caminis; poteritque in una camera simul duos ordinare.

» Item voluit insuper et ordinavit, quod singulis diebus hora prandii, immediate post *Benedicite*, praesidens, vel senior bursalium in ejus absentia, astrictus erit et obligatus legere unum capitulum in Biblia, ut occasionem habeant in mensa disputandi et proficiendi, sub poena unius stuferi communitati mensae irremissibiliter eodem aut sequenti die applicandi.

» Deinde ordinavit statuit et voluit, quod singulis diebus immediate post prandium et post coenam, si non sit jejunium, dicti praesidens et bursales pro fundatore obligati sint et adstricti legere psalmos *Miserere mei Deus* et *De profundis clamavi ad te Domine*, et praesidens, vel senior bursalis in ejus absentia, collectam pro sacerdote defuncto cum collecta communi *Deus veniae largitor*.

» Item ordinavit ulterius dominus testator, quod praesidens et bursales in plateis honeste in veste honesta et clericali et cum caputio magistrali incedant, necnon ipsi et etiam commensales omni nocte ante pulsum campanae in collegio sint et dormiant ibidem, nisi necessitate propter praesentiam aliquorum suorum consanguineorum de scitu et speciali licentia praesidentis se absentarent, et alias non.

» Consequenter idem dominus testator et fundator ordinavit, quod dictum suum collegium habeat unum fidelem et idoneum receptorem, qui per dictos commissarios ordinabitur, et, suis negligentiis vel demeritis exigentibus, deponetur totiens quotiens eis videbitur expedire. Qui tenebitur bis in anno bursariis de quota ipsis competente secundum inferius ordinata satisfacere.

» Item pro prima institutione, quoad praesidentiam dicti collegii dictus dominus fundator et testator praesidentem primum instituere volens nominavit et in praesidentem institui voluit, atque instituit honorabilem virum magistrum Johannem Driedoens, alias Nys, de Turnhout, artium magis-

trum et in sacra theologia baccalarium formatum, suum amicum multum dilectum et summe fidelem praescriptum.

» Item ordinavit consequenter dictus dominus testator, quod, si in eventum aliqui de descendentibus ab Arnoldo de Houterlé, avo suo paterno, et Elie Mesens, avia sua, reperiantur idonei secundum praedictam suam ordinationem, et de legitimo thoro procreati, voluit illos omnibus aliis instituendis praeferri; et si tales non reperiantur, ex tunc voluit suos conterraneos de Hoochstraten et Turnhout, qualificatos ut supra, anteferri.

» Deinde dominus testator voluit, statuit et ordinavit, quod de et ex redditibus et bonis pro dotatione dicti collegii per eum, ut infra hãbetur, legatis et relictis praesidens ejusdem collegii pro praebenda sive bursa sua quadraginta duos florenos Renenses communes, et quilibet aliorum trium bursalium triginta similes florenos Renenses etiam communes, salvis infrascriptis, annis singulis tempore cujuslibet eorum durante, habeant et assequantur.

» Item ex eisdem bonis ipsi collegio, ut praefertur, relictis et legatis applicari voluit ultra census ex domo principali sive collegio exeuntes, pro melioratione, reparatione et intertentione ejusdem domus sive collegii, necnon bonorum mobilium eidem collegio, ut infra sequitur, ad usum ejusdem legatorum, singulis annis quatuordecim florenos Renenses communes.

» Item pro salario receptoris dicti collegii ordinavit et annis singulis eidem receptori dari voluit quatuordecim florenos Renenses communes ex dicti collegii bonis recipiendos.

» Item ordinavit ulterius dictus dominus testator, quod annis singulis in dicto collegio sit unum prandium honestum die convenienti paratum pro praedictis dominis commissariis perpetuis, ad hujusmodi prandium comparandum, necnon ad computum receptoris collegii audiendum, et collegium juxta ordinationem fundatoris visitandum, per ipsum praesidentem rogatis et vocatis.

» Et ipso prandio peracto et gratiis, ut praemittitur, dictis,

receptor dicti collegii de singulis per eum levatis, receptis et expositis, eisdem dominis commissariis in praesentia etiam dictorum praesidentis et suorum confratrum bursariorum computum et calculum faciet legales; et de hujusmodi suo computu eisdem dominis commissariis similiter et praesidenti copiam manibus dictorum dominorum commissariorum et praesidentis correctam, passatam et signatam, dabit, ut eo melius de anno in annum status collegii pateat eisdem.

» Deinde dicti domini commissarii ipsum collegium in singulis suis capitibus et membris visitabunt, defectus corrigent, et, meritis praesidentis aut aliquorum aliorum bursariorum exigentibus, eos a praebenda sive bursa et collegio suspendent vel privabunt; et casu privationis alium vel alios, idoneum vel idoneos, ut supra qualificatos, de novo instituent et admittent.

» Item aedificia collegii visitabunt, reparare et reformari facere ordinabunt, prout eis videbitur expedire ; quibus sic, ut praemittitur, peractis, receptor collegii cuilibet praedictorum dominorum commissariorum ad statim ex bonis communibus ipsius collegii decem stuferos communes dabit et exsolvet.

» Item casu, quo aliqui ex dictis bursariis tempore, quo in collegio habitaverint, aliquid in beneficiis aut ex successione parentum vel alias ultra viginti quatuor florenos Renenses annuos acquisiverint, nihilominus tamen voluit dictus dominus testator, quod poterint tempore praescripto in collegio permanere.

» Item pro dicti collegii dotatione et onerum ejusdem juxta praescriptas ordinationes et statuta sustentatione, dictus dominus testator eidem suo collegio bona et redditus infra declaratos dedit legavit et reliquit :

» Et primo braxatoriam unam, cum omnibus et singulis suis pertinentiis, horreo, stabulo, pomerio, horto et cacabo, et vasis ad dictam braxatoriam spectantibus, in Wilsele supra lapideam viam prope Lovanium sitam et *in Cacabo* appellatam;

» Item sex florenos Renenses haereditarii redditus, quos

habet ad et supra domum dictam *de Swaen*, sitam in opposito dictae braxatoriae ;

» Item tria bonaria terrae arabilis vel circiter in tribus petiis jacentia in campo dicto *d'Lanevelt*, ut in literis desuper confectis latius habetur;

» Item viginti octo florenos Renenses haereditarios, quos habet ad et supra domum cum suis pertinentiis Michaëlis Luyninckx, sardonis et calcificis, sitam Antwerpiae in platea dicta *Kipdorp*, in opposito hospitalis sancti Jacobi ibidem ;

» Item octodecim florenos Renenses haereditarios ad et supra domum dictam *den Grooten Ketele* cum suis pertinentiis universis, sitam in dicta platea *Kipdorp*, in oppido Antverpiensi praedicto;

» Item decem florenos Renenses haereditarii redditus, quos habet ad et supra domum domini Bergensis supra Zomam in Wouda ;

» Item decem florenos Renenses aureos haereditarii redditus, pro quibus annue solvuntur tredecim Renenses communes, quos habet ad et supra unam curtim cum suis pertinentiis in Wemmele jacentem, Wilhelmo 't Serclaes spectantem ;

» Item octodecim florenos Renenses haereditarios, quos habet ad et supra domum sive curtim dictam *'t Hoff ten Berghen*, et certa alia bona Egidii Vrancx, juxta tenorem literarum desuper existentium;

» Item quatuor et tres cum dimidio florenos Renenses haereditarii redditus, quos habet ad et supra domum cum suis pertinentiis Johannis Vullinck, notarii Universitatis Lovaniensis ;

» Item octo florenos Renenses haereditarios, quos habet ad et supra domum stantem in foro piscium Lovaniensi, et alia bona immobilia in parochia de Heverlis jacentia, ad quondam Jacobum Christiaens spectantia;

» Item quatuor florenos Renenses haereditarios, quos habet ad et supra domum Petri Fabri circa domum dictam *den Papegay* in platea dicta *de Borchstrate* jacentem, *Royen-*

schilt in de Steenstrate, et certas alias domus sitas *in de Broeckstraet*;

» Item sex florenos Renenses hereditarios, in quibus obligatur Joseph Boone, scrinifex, juxta tenorem literarum scabinalium desuper confectarum;

» Item quatuor florenos Renenses hereditarios ad et supra domum dictam *den*.....;

» Item duodecim florenos Renenses hereditarios,et triginta quatuor stuferos hereditarios, quos habet ad et supra domum lapideam dictam *den Anthonis*, sitam circa Minores Lovanii, spectantem Wilhelmo Cloestermans;

» Item duos florenos Renenses hereditarios, quos habet ad et supra braxatoriam dictam *den Ynghel, in den Wierinck* stantem;

» Item tres florenos Renenses hereditarios, quos habet ad certa bona et hereditates quondam Henrici Boone in Oosterhem prope Herent vel circiter;

» Item duos florenos Renenses hereditarios, quos habet ad et supra quandam domum sitam *in de Vetterye*, spectantem Johanni De Man juniori;

» Item quatuor florenos Renenses hereditarios, quos habet ad et supra domum Henrici Mouwe et Christinae Wayers, conjugum, stantem *in de Leghestrate*;

» Item duos cum dimidio florenos Renenses hereditarios, ad certa bona in Rodio sancti Petri jacentia et Henrico Drabbequier, barbitonsori, spectantia;

» Item duos equites aureos hereditarii redditus, de quibus unum acquisivit erga Michaëlem Van Ophem, et reliquum erga Johannem Boegaert; et solvuntur annis singulis pro quolibet viginti septem stuferi;

» Item octo florenos Renenses hereditarios, quos habet ad et supra bona Johannis Van den Borch sita in Nederyssche;

» Item medietatem redditus hereditarii viginti florenorum Renensium, quem redditum habet ad et supra *de Meynen* ducis Brabantiae, et quos annis singulis solvere habet receptor domini ducis in Lovanio;

» Item duos modios siliginis hereditarii redditus super

certis terris jacentibus in Leefdale, et quos solvit Johannes Pols ;

» Item et unum modium siliginis hereditarii redditus, quem acquisivit erga Michaëlem Van Ophem in Leefdale anno quingentesimo septimo, vicesima maii.

» Deinde de bonis suis mobilibus et etiam illis, quae Lovanii *vliegende erve* appellantur, dictus dominus testator dicto suo collegio legavit et reliquit :

» Primo decem lectos meliores, de quibus nondum disposuit, una cum lecticis eorumdem, et pro quolibet lecto duo paria lintheaminum, duo pulvinaria et unam sargiam sive unum superlectile de melioribus secundum bonitatem lectorum hujusmodi;

» Necnon omnia stannea, cuprea et ferrea domus utensilia sua, quinque mensas meliores, sex tritsoria (1) meliora, omnia sedilia, cistas sive promptuaria, omnes mappas et manutergia linea sua omnia.

» Item omnes imagines in domo existentes ibidem manere voluit et ordinavit.

» Item adhuc dicto suo collegio legavit duodecim cussinos sediles de suis melioribus.

» Item omnes libros suos eidem collegio legavit et reliquit, necnon in una camera apta simul locari et poni voluit et ordinavit; ad quam quidem voluit dictis suis collegistis et bursariis liberum aditum esse.

» Deinde idem dominus testator pro habitatione et communi usu septem puerorum sancti Petri per eum sub certis etiam regulis et ordinationibus et dotationibus pridem ad honorem sancti Petri institutis legavit et reliquit eisdem domum suam minorem sitam versus partem orientalem cum suis pertinentiis universis; voluitque, quod eadem domus aditum habeat ad puteum, ita quod hortus collegii bursalium separetur a dicta domo puerorum per interstitium sive murum secundum latitudinem putei; in quo quidem interstitio illi de collegio facere poterunt parvam januam ad hauriendam etiam ex puteo aquam ex horto magno gradiendo.

(1) *Tritsorium*, *trisorium* ou *drisorium*, dressoir.

» Item ostia ejusdem minoris domus obstrui voluit et ordinavit, ita quod ex platea communi debeant in ea habitantes habere eorum introitum et exitum, et non per portam collegii sive magnae domus. Et si alibi quam per fenestram inferiorem ad partem collegii respicientem lumen recipere poterit, fenestram eandem similiter obstrui voluit, ut bursales et collegistae possint esse liberi in collegio eorum.

» Item ordinavit, quod magister scholae ecclesiae sancti Petri praedictae pro tempore existens, si voluerit, in dicta domo puerorum cum eisdem habitare poterit et emolumentis communibus domus gaudere; pueros ipsos regere et in moribus dirigere habebit et debebit. Alioquin ordinavit, quod decanus, plebanus, scholasticus et senior provisorum sancti Petri providere habebunt eisdem pueris de magistro idoneo, qui sub onere praescripto inhabitabit eamdem domum.

» Voluit insuper dictus dominus testator, quod praesidens dicti sui collegii habeat visitationem et correctionem dictorum puerorum in moribus et disciplinis totiens quotiens ei visum fuerit expedire.

» Deinde idem dominus testator, eisdem pueris largius volens providere, legavit et reliquit eisdem in communi redditus hereditarios sequentes :

» Primo videlicet unum florenum Renensem hereditarium, quem habet ad et supra domum Walteri Van den Wauwere, factoris;

» Item adhuc duos florenos Renenses hereditarios, quos habet supra certa bona Jacobi Ludovici habitantis in Rotselaer;

» Item unum modium siliginis hereditarium, quem habet ad et supra bona Petri Bohon dicti de Luyckere;

» Item tres florenos Renenses hereditarios, quos habet supra domum Everardi de Winghe sitam *in de Steenstrate;*

» Item tres petros hereditarios, quos habet ad domum dictam *de Mussche* Johannis Hocx, ad opus receptoris dictorum puerorum loco reddituum dequitatorum, qui pro receptore prius fuerant ordinati;

» Item adhuc tres petros haereditarii redditus, quos habet

ad et supra certas personas et bona, quae tenet Johannes Hech circa Begardos commorans, etiam ad opus ut supra receptoris praescripti.

» Item adhuc legavit dictis pueris medietatem hereditarii redditus viginti florenorum Renensium hereditariorum, quem habet ad et supra *de Meynen* ducis Brabantiae, et quos receptor domini ducis annis singulis solvere habet in Lovanio;

» Item adhuc septem florenos Renenses hereditarios, quos habet ad et supra certa bona curtis *de Vosberghe* in Werchteris situata; quem quidem redditum fabrica sancti Jacobi annis singulis solvit;

» Item unum florenum Renensem hereditarium,quem habet supra Laurentium Aerts *in de Dorpstrate* Lovanii commorantem;

» Item adhuc duos florenos Renenses haereditarii redditus, quos habet ad et supra domum Michaëlis Porvoys; et adhuc unum redditum duorum florenorum Renensium hereditariorum, quem acquisivit ad bona Sebastiani Van Leeuwe, scrinificis, sita in nova platea.

» Item dictis pueris reliquit etiam et legavit tres lectos meliores cum lecticis eorumdem, de quibus non disposuit, et pro quolibet lecto duo paria lintheaminum, duo pulvinaria et unam sargiam secundum bonitatem lectorum convenientia; necnon sex de melioribus cussinis sedilibus, de quibus etiam non disposuit.

» Voluit insuper dictus dominus testator, quod de omnibus et singulis bonis hereditariis et mobilibus, per eum ad opus dicti sui collegii et etiam puerorum sancti Petri relictis, fiat unum inventarium manu notarii signatum, et sub manibus dictorum commissariorum et collegii praesidentis deponatur et maneat; quodque omnia praescripta bona meliori modo, quo fieri poterit, interteneantur.

» Item, si videatur dictis commissariis expediens et utile, ordinavit et voluit, quod dicta braxatoria, per eum dicto collegio, ut praefertur, legata, vendatur et ex pecuniis inde provenientibus redditus hereditarii ad opus praedictum emantur.

» Item in eyentum, quo aliqui ex redditibus collegio suo vel pueris sancti Petri aut etiam pro anniversario suo legatis dequitentur, voluit ex tunc pecunias inde provenientes ad alios redditus etiam hereditarios similiter applicari.

» Item legavit et reliquit idem dominus testator venerabili et egregio viro domino ac magistro nostro Adriano Florentii de Trajecto (1), dictae ecclesia sancti Petri Lovaniensis decano, unum pottum argenteum, quem dominus testator asseruit se habere satis magnum, rogans eumdem, ut et tamquam hujus testamenti sui executionis (in quibus ab executoribus suis requisitus fuerit) superintendens, eisdem omnem assistentiam facere dignetur et oculum ad dictum suum collegium et pueros sancti Petri habere et eis in necessitatibus suis assistere velit.

» Residuum suorum argenteorum, de quibus supra et infra non est dispositum, idem dominus testator usui dicti sui collegii legavit et reliquit.

» Residuum vero omnium suorum bonorum, de quibus ante vel post non est per praefatum dominum testatorem dispositum, idem dominus testator reliquit in tres partes aequales dividendum, ita quod in hujusmodi tertia parte non cedant aliqui redditus haereditarii ; quarum partium primam partem collegio suo et secundam domui dictorum puerorum sancti Petri in redditibus hereditariis convertendam legavit, ac tertiam partem subdividi voluit in duas partes aequales, quarum etiam primam partem reliquit monasterio fratrum Minorum ad opus aedificiorum ejusdem, et reliquam monasterio Carthusiensium Lovaniensium pro necessariis suis convertendam.

» Item insuper ordinavit dictus dominus testator, quod ex bonis omnibus, dicto suo collegio, sicut praemittitur, per eum legatis et eidem etiam ex dicto residuo ratione dictae primae tertiae partis ejusdem residui proventuris, residuum superexcrescens ultra onera in praesenti suo testamento descripta et ordinata annis singulis inter praesidentem et bursarios

(1) C'est lui qui, dans la suite, devint pape sous le nom d'Adrien VI.

suos confratres secundum ratam et quotam bursarum eorumdem dividatur in usum proprium convertendum.

» Postremo vero idem dominus testator, ut hujusmodi sua ultima voluntas debitum suum sortiatur effectum, elegit, nominavit et constituit suos et hujusmodi sui testamenti fideles executores venerabiles viros dominos et magistros Nicholaum Baechem de Egmunda, artium et sacrae theologiae professorem eximium, cui unam tasseam argenteam, quam ex sorte oppidi Harlemensis habuit, dominum Ludovicum de Viridi Valle, dictae ecclesiae sancti Petri canonicum, cui unam tasseam argenteam de majoribus suis tasseis, magistrum Johannem Driedoens praescriptum, cui unam tasseam argenteam, quam ex sorte oppidi Lovaniensis habuit, circa duas marchas argenti ponderantem, et Gerardum de Thimo, oppidi Lovaniensis secretarium, suum compatrem, cui etiam unam tasseam ex suis communibus tasseis argenteis legavit et reliquit.

» In quorum suorum executorum manibus ad opus adimplendae executionis hujusmodi sui testamenti omnia et singula sua bona mobilia et immobilia reposuit. » Hucusque verba sunt testamenti.

« Obiit fundator anno 1512 stylo novo, seu, ut tunc supputabant, 1511 (1), conditus in divi Petri ante aram Nominis Jesu, ubi positum illi fuit cenotaphium ad parietem nunc ligno opertum, adjecta hac inscriptione : D. O. M. CONDITUR SUB STRATO LAPIDE HENRICUS DE HOUTERLE, ARTIUM MAGISTER, PRESB. HUJUS ECCLESIE SCHOLASTICUS, DOMINICI SEPULCHRI PERE-

(1) Paquot se trompe lorsqu'il affirme que de Houterlé mourut le 2 janvier 1512 (nouveau style). De Houterlé, qui fit son testament les 29 et 30 décembre 1510 (voyez ci-dessus, p. 169, note 1), était déjà gravement malade à cette époque (*corporali aegritudine detentus*, dit le testament), et mourut quatre jours plus tard, c'est-à dire le 2 janvier 1511. Notre assertion se prouve : 1° par l'*Extrait du rapport de* 1589, que nous donnons à l'alinéa suivant, et 2° par un passage de la chronique de la Chartreuse de Louvain, que nous avons publié dans les *Analectes pour servir à l'histoire ecclésiastique de la Belgique* XIV, p. 282.

GRINUS ET CULTOR. HIC BURSARIOS IN S. THEOLOGIA IV, PUEROS S. PETRI HONORE VII, MISSAS IN HEBDOMADA ISTIC, ALIAQUE DOTAVIT OPERA PIA AC INSTITUIT. OBIIT ANNO MDXI, JANUARII II. In pavimento proximo lapis sepulchralis est cum viri effigie aeri insculpta; circum vero haec verba : HIC JACET SEPULTUS VENERABILIS | VIR MAGISTER HENRICUS DE HOUTERLE | MILES JHEROSOLIMITANUS DUM VIVERET | HUJUS ECCLESIE SCOLASTICUS QUI | OBIIT ANNO DOMINI M° V° XI, MENSIS JANUARII DIE SECUNDA. » Ita PAQUOT.

Circa annum Domini 1511 dominus et magister Henricus Houterle, collegiatae ecclesiae sancti Petri Lovaniensis scholasticus, suam domum, quam satis amplam habebat in platea *vaccarum*, reliquit ad fundationem hujus collegii pro studiosis theologiae, et ultra illam reditus ad quatuor bursas; ex quo sic erectum collegium vulgo nuncupatum est collegium *Houterle*.

Tribus ex his bursis singulis attributi sunt triginta floreni annui, et quartae pro praesidente quadraginta duo.

His quatuor bursis ex testamento domini et magistri Joannis Polleti (1) accessit quinta triginta octo florenorum, super bonis marchionis Bergensis assignatorum; et deinde adhuc duae aliae ex fundatione reverendissimi domini Petri Curtii, episcopi Brugensis, singulis earum attributo annuo reditu quinquaginta florenorum super oppido Lovaniensi assignato.

In hoc collegio usque ad annum 1578 continuo fuerunt septem bursarii, annumerato praeside. Qui omnes post ingressum militaris praesidii, dicto collegio per illud mirum in modum gravato, tam praesidens quam alii bursarii non valentes ferre onera statim, Lovanio etiam derelicto, fugerunt, deserto collegio et omnibus, quae in eo erant, prout etiam idem praesidens in ejusmodi fuga extra Lovanium mortuus est (2).

(1) Jean Pollet, de Courtrai, licencié ès-droits, chanoine de Lille et inquisiteur de la foi.

(2) Le docteur Henri Crokaert, expulsé de son collége par les soldats de la garnison, se réfugia à Namur, où il mourut le 29 septembre 1581.

Per quos hospitatos milites quaecumque in collegio erant direpta fuerunt, et aedificia sic immaniter tractata, ut dictum collegium non tantum inhabitabile, sed plane caducum et ad ruinam quodammodo propensum factum fuerit, et adeo quidem ut vix mille florenis ad priorem statum reduci possit.

Reditus hujus collegii, qui ad centum florenos ab oppido Lovaniensi, ad triginta octo florenos super domanio Bergensi, et parvi quidem a diversis personis debentur, a plurimis retro praeteritis annis, ad minimum undecim, non fuerunt soluti, et in reliquationibus adhuc haerent.

Hujus collegii praesidens novissimus, sicut dictum est, in fuga mortuus, fuit dominus et magister Henricus Crockaert, sacrae theologiae doctor.

In praesenti pro dicti collegii praeside, observatore et receptore constitutus est dominus et magister Wallius, sacrae theologiae doctor, habitans in domo dicto collegio proxima, qui pro hoc suo labore ex reliquis arriragiis per eum recipiendis accipiet decimum quintum denarium tantisper, dum collegium restitutum erit (1).

Ejusdem collegii provisores seu visitatores sunt decanus, plebanus et scholasticus dictae ecclesiae sancti Petri Lovaviensis cum priore monasterii Carthusiensium ejusdem oppidi pro tempore.

(Extrait du rapport sur l'état des collèges de l'Université de Louvain en 1589).

« Cum autem annis 1578 et 1579 Lovaniensis urbis per milites devastatione aedes quoque hujus collegii desolatae ac per annos aliquot desertae fuissent, easque anno 1598 restaurare provisores intenderent, una praesidis conditionem immutare placuit, nec aliquem e numero studiosorum, ut

(1) Le docteur Gilles Wallius qui, à sa mort en 1593, légua toute sa fortune pour être repartie en bourses en faveur des étudiants pauvres, fit d'abord soigner les intérêts du collége par Nicolas Jordani, de Vessem, prêtre et chapelain de Saint-Pierre, mort en 1587. Plus tard, le docteur Guillaume Fabricius releva le collège de ses ruines,

ante factum, neque decennalem, sed perpetuum eligi in posterum visum est. Cujus immutationis faciendae dictis provisoribus facultatem dedit auctoritate apostolica Bruxellis 27 aprilis ejusdem anni pontificius nuntius Octavius, episcopus Tricaricensis. » Ita Paquot.

Anno 1775, sub praeside Josepho Gisleno Riga, collegium hoc pro majori parte e fundamentis reaedificatum et partim restauratum fuit. » Ita Bax.

Praesides collegii Houterlaei.

I. Joannes Driedo, Turnholtanus, tunc sacrae theologiae baccalaureus formatus, postea doctor, ab ipso fundatore moriente positus rexit ad initia julii 1521. Vide sacrae theologiae doctores.

II. Nicolaus Béken, Diesthemiensis, anno 1515 in artibus e paedagagio Porci tertius, erat praesidens a semianno 3 januarii 1522. Item legitur praeses 27 junii 1530 et 14 junii 1531. Regimine cessit vel obiit anno 1532, post 22 januarii.

III. Joannes Stannifex, vulgo *L'Estainier*, Gossiletanus (ex Gosselies), primus in artibus e paedagogio Porci anno 1512; dein in eodem paedagogio circa annum 1520 philosophiae professor celeberrimus; auctor *Commentariorum Lovaniensium in Organum Aristotelis*, qui ad hunc diem sine nomine circumferuntur. Collegam seu potius discipulum habuit Joannem Beverum, cujus commentarii extant in libros Aristotelis *De physica auscultatione* et libellos cognatos. Stannifex circa annum 1520 licentiae lauream in sacra theologia adeptus est. Tum anno 1532 collegii hujus praeses constitutur, eidem muneri post quatuor cum dimidio circiter annos immoritur 1 novembris 1536. Vide Paquot, *Mémoires*, éd. in-fol. III, p. 622.

IV. Petrus Titelmannus vulgo *Titelmans*, Hasselensis, alumnus paedagogii Porci ac primus in scholis artium anno 1531.

Erat Francisci Titelmanni frater, qui et anno 1521 similiter in artibus primum locum obtinuerat, ac dein in ordine sancti Francisci, Recollectorum prius, postea Capucinorum, claruit. Petrus gradum licentiae in sacra theologia adeptus, anno 1536 exeunte collegii hujus praeses constitutus, praefuit ad annum 1540. Dein decanus Rothnacensis et postea canonicus Cortracensis. De ejus inquisitione et zelo contra haereticos Flandriae pastores mira referuntur. Obiit 5 septembris 1572. Fundavit bursas duas in Porco, singulas 30 Rhenensium, bursam unam 12 florenoram in collegio Vaulxiano, et 6 Rhenenses hereditarios in Standonck. Haec ex bursali libro Valerii Andreae.

V. Judocus Ravesteyn, Tiletanus, praeerat die 17 junii 1541 et adhuc 2 maji 1553, cum discessisse videtur. Anno 1525 in artibus e paedagogio Lilii quartus; dein in hoc paedagogio philosophiae professor; 5 octobris 1546 sacrae theologiae doctor renuntiatus est. Praefuit huic collegio ab anno 1540 usque ad 2 maji 1553, vel circiter. Obiit 7 februarii 1570. Vide sacrae theologiae doctores.

VI. Martinus Hessels, filius quondam Wilhelmi et Marthae 's Coninexs, Lovaniensis, sacrae theologiae licentiatus, Joannis Hesselii sacrae theologiae doctoris et professoris frater, et in professione ordinaria sacrae theologiae et canonicatu secundae fundationis in divi Petri anno 1558 vel 1559 successor; ad haec canonicus sancti Servatii Mosaetrajectensis. Collegio huic praeficitur post dimissionem Judoci Ravesteyn, et 11 augusti 1559 adhuc erat praeses, ut patet ex documento aliquo authentico. Obitus ignoratur.

VII. Jacobus Carlier, Insulensis, successit Martino Hessels verosimiliter anno 1560, et praefuit usque ad 18 maji 1561.

VIII. Andreas Fabri, Leodiensis, collegio praeerat 22 junii 1561, et adhuc 24 aprilis 1564, ut constat ex documento authentico.

IX. Guilielmus Bastyns, antea hujus collegii bursarius, praeerat 24 octobris 1565.

X. Matthias Lambrecht, postea episcopus Brugensis, praeerat 28 septembris 1569. Cfr *Analectes pour servir à l'histoire ecclésiastique de la Belgique*, IV, p. 239.

XI. Guilielmus Campdavaine praeerat 4 octobris 1570.

XII. Henricus Crokaert, Anderlechtensis, jam praeerat 31 augusti 1572. Per plures annos collegium rexit. Post annum 1578 coactus vexationibus praesidii militaris collegium derelinquit, et Namurcum aufugit, ubi obiit 29 septembris 1581. Vide sacrae theologiae doctores.

XIII. Nicolaus Jordani vel Joerdens, de Vessem, presbyter, ad divum Petrum capellanus, praeses fit 3 octobris 1581, et eodem die rector domus septem puerorum sancti Petri. Obiit anno 1587, circa 10 novembris.

XIV. Ægidius Wallius, Brugensis, erat praeses anno 1589. Vide *Analectes pour servir à l'histoire ecclésiastique de la Belgique*, I, p. 158, et supra inter praesides collegii minoris theologorum.

XV. Guilielmus Fabricius, Noviomagus, erat praeses 31 decembris 1598. Vide supra inter praesides collegii majoris theologorum.

XVI. Philippus Powaeus, sacrae theologiae licentiatus, collegium ingressus est 20 decembris 1603.

XVII. Guilielmus Mercerus, Athensis, postea sacrae theologiae doctor, constituitur praeses hujus collegii 1 januarii 1605. Anno 1611 transivit ad praesidentiam collegii minoris theologorum. Obiit 6 augusti 1639 collegii Adriani VI, pontificis, praeses. Vide sacrae theologiae doctores.

XVIII. Jacobus Moreau, Marchiennensis ad pontem Sambriae, sacrae theologiae licentiatus.

XIX. Michaël De Fraey, Bruxellensis, sacrae theologiae licentiatus, fit praeses 2 januarii 1614; discedit ante 6 octobris 1631. 17 martii 1632 fit canonicus ad sanctum Piatum in oppido Secliniensi.

XX. Martinus Leunckens, Lovaniensis, sacrae theologiae licentiatus, anno 1632 vel 1633 (1) hujus collegii praeses constitutus, eidem muneri immoritur paucis diebus ante 8 octobris 1633. Anno 1625 successerat in plebania divi Petri Joanni Paludano, sacrae theologiae doctori, promoto ad regiam sacrae Scripturae professionem et canonicatum in divi Petri. Anno 1628, defuncto Guilielmo Fabricio, nominatus fuerat apostolicus et regius librorum censor et primae fundationis canonicus.

XXI. Carolus de Delmot, Athensis, sacrae theologiae licentiatus. Bax eum praeponit Martino Leunckens.

XXII. Antonius Loverius, Ghelensis, sacrae theologiae licentiatus, apostolicus ac regius librorum censor. Antea fuerat regens paedagogii Castri. Vide Kuyl, *Gheel vermaerd door den eerdienst der H. Dimphna*, p. 388.

XXIII. Arnoldus Christophori, alias *Stoffels*, Mechliniensis, primum ad divum Petrum Thorolti in Flandria, et deinde 8 novembris 1652 Lovanii ad divum Petrum canonicus. Obiit Lovanii sepultus in divi Petri 7 decembris 1676.

« Anno 1637, 20 novembris, praesidentiam hanc adiit Arnoldus Christophori, vulgo Stoffels, Mechliniensis, sacrae theologiae licentiatus et presbyter, seu potius collegium conduxit, commodo vel incommodo suo illud administrandum.

« Anno 1663, 18 martii, erat presbyter et canonicus sancti Petri, aetatis tunc 55 annorum.

« Ei ad proprias aedes migranti successit Joannes Cobbelgiers. » Ita Bax.

XXIV. Joannes Cobbelgiers, Lovaniensis, filius Caroli et Mariae Cansmans, filiae Francisci et Catharinae Hollants, natus anno 1606 vel 1607, presbyter anno 1630, sacrae theologiae licentiatus, praesentatus est ad plebaniam divi Petri ante 8 octobris 1633; sed lis orta est circa hanc praesen-

(1) Certe erat hujus collegii praeses 8 novembris 1633.

tationem. Factus dein anno 1677, per dimissionem illustrissimi domini Francisci Van Horenbeeck, nominati episcopi Gandavensis, collegiatae divi Petri Lovanii decanus, plebaniam anno 1679 dimisit. Obiit 25 martii 1685. Quondam plebanus vigilantissimus, et in peste pastor bonus, in ecclesia divi Petri confraternitatem venerabilis Sacramenti erexit. Aliquando ad episcopatum Iprensem nominatus fuit. Omnia bona temporalia in pias fundationes et quatuor bursas in hoc collegio Houterleano reliquit. Insignia : Stella. Lemma : Sit lux in tenebris, non in luce tenebrae.

XXV. « Franciscus Carolus Cobbelgiers, Lovaniensis, Porcensis olim gymnasii alumnus et 93[us] in scholis artium anno 1647, erat frater Joannis certo, sed non scio an fuerit praeses; debebat esse praeses juxta primam mentem fundatoris quatuor bursarum, fratris sui; sed 9 augusti 1684, consentiente Joanne, Franciscus a provisoribus tantum donatus est reditu vitalitio 60 florenorum, quem acceptavit. » Ita Paquot.

XXVI. Isaac Antonii, vulgo *Antonissens*, Turnhoutanus, ex praeside hujus collegii factus 22 augusti 1685 viceplebanus ad divum Petrum Turnhouti, ibidemque verosimiliter obiit anno 1709 vel initio 1710.

XXVII. Cornelius Govarts hoc collegium conduxit ducentorum annuorum florenorum stipendio 4 februarii 1687, eo quod fundatio inveniretur insufficiens pro intertentione praesidis et ministrorum, elocantibus provisoribus N. Pauwels et Franç. Bodaert, Carthusianorum priore. Ex computu hujus collegii constat eum jam gessisse nomen praesidis 7 augusti 1699. Cornelius Govarts erat capellanus ad divam Gertrudem Lovanii, et in divi Petri scholasticus 1 junii 1689 designatus, priori beneficio permutato cum Petro Govarts, consiliario Mechliniensi.

Obiit 16 januarii 1718, biduo post sepultus in divi Petri. Successit circa 6 aprilis 1718

XXVIII. Hermannus Theobaldus (1) Poringo, Thenensis,

(1) Semper signat : H. D. Poringo.

baptizatus 4 decembris 1685, filius Joannis Hermanni et Mariae Susannae de Berthout, et Henrici Antonii, J. U. doctoris, frater germanus, olim Porci alumnus et in scholis artium anno 1704 53us, sacrae theologiae baccalaureus formatus, ad divum Petrum capellanus et pastor tertiarius, cum Clementinae constitutioni *Unigenitus* parere detrectasset (interrogatus mense martio 1729 a domino Damen, archipresbytero, an acceptaret bullam, negavit et simul factam a se formulari subscriptionem retractavit; paulo post Damenius ei, Cinckio et Vivieno significavit tres monitiones canonicas; hi conquesti sunt apud rectorem ut solum legitimum judicem; monuit Damenius sabbatho sancto, ne missam ultra celebrarent; paruere; post 25 junii citati hi cum aliis decem apud officialem Mechliniensem; intervenit rector et eos ab Universitate exclusit) collegii regimine et dicto beneficio 15 augusti 1729 abdicatis, ad Batavos profugit, atque inibi post moram aliquot mensium in vico Alsmeer, ubi pastorem egit; mense martio anni 1747 migravit Ultrajectum, ubi rectorem et concionatorem egit in paroecia divae Gertrudis, quae vulgo *Den Hoek* audit, estque veluti quaedam Beggiuarum curia. Post infirmitatis causa recepit se in gymnasium Amersfurtense, ubi decessit idibus aprilis 1749, conditus in templo beati Georgii. Vixit annos 63, menses 4, dies 9.

XXIX. Natalis Du Bois, ex My in agro Durbutensi, sacrae theologiae licentiatus et postea doctor, discedenti Poringo subrogatur circa 18 augusti 1729. Regimine cedit anno sequenti 21 novembris, vocatus ad praefecturam collegii Atrebatensis. Vide sacrae theologiae doctores et praesides collegii Atrebatensis.

Succedit ei continuo (alibi lego : 18 *novembris* 1730)

XXX. Guibertus Colins, Hannutensis, ante collegii Pelsiani moderator. Regimine ultro se abdicat 24 januarii 1742, privatas aedes inhabitaturus, quas non semel mutavit; demum vita defungitur Lovanii mense februario 1736, conditus ad divum Petrum, ante aram sancti Ivonis.

(1) Nous trouvons encore dans le testament une autre preuve de la dévotion de Nicolas Goblet à sainte Anne. Un codicille du testament renferme la disposition suivante : « *Imprimis declaravit dominus testator se habere quamdam tabulam, in qua depicta est imago sanctae Annae, quam per suos executores in suprascripto suo testamento nominatos collocari cupit apud Minores in opposito sui sepulchri, et poni sub eadem tabula candelabrum aeneum instar brachii, in quo perpetuis futuris temporibus voluit singulis diebus triplicibus poni per praesidem dicti sui collegii,..... expensis ejusdem collegii, candelam ex cera unius dimidiatae libr ae, illamque incendi eisdem diebus, singulis horis divinis.*

nus testator cupit sub imagine sanctae Annae, supra portam domus suae in muro collocata, poni lamen ex aere seu cupro in eodem muro, et sculpi in eodem lamine magnis litteris haec verba sequentia : COLLEGIUM IN HONOREM SANCTAE ANNAE FUNDATUM ET ERECTUM PER DOMINUM ET MAGISTRUM NICOLAUM GOBLET.

Le collège était aussi connu sous le nom de *collège de Namur*, d'abord parce que le fondateur était né à Bouvignes, ville qui faisait partie du pays de Namur, et ensuite parce que, parmi les appelés à la jouissance des bourses, figurent les jeunes gens de Namur.

Les étudiants pouvaient fréquenter les cours soit de philosophie au collège de Standonck, c'est-à-dire à la pédagogie du Porc, soit de théologie ou de droit canonique et civil aux halles.

COLLEGIUM SANCTAE ANNAE VEL NAMURCENSE.

Collegium hoc sanctae Annae instituit venerabilis vir Nicolaus Goblet, Boviniensis, juris pontificii licentiatus, presbyter et praepositus Dionantensis, Lovanii residens, admissus ad concilium Universitatis 27 februarii 1535. Obiit fundator Lovanii 13 julii 1553; sepultus apud Minores ante altare sanctae Annae.

Collegio huic nomen fecit in divam Annam pietas fundatoris; qui etiam voluit ejusdem sanctae imaginem portae superimponi. Aliter etiam sub nomine *collegii Namurcensis* innotuit, eo quod locus nativitatis fundatoris comitatui Namurcensi subsit, tum quod ad hanc suam fundationem post Bovinienses vocentur Namurcenses.

Constat collegium hoc ex voluntate fundatoris praeside et decem alumnis seu studiosis sive bursariis, designato singulis subsidio aliquo.

Bursarii dare operam eloquentiae studio, aut jam ante

didicisse omnes debent, tum philosophiae in scholis paedagogii Porci, exinde theologiae vel juri. Qui omnes toga talari incedant, fundator voluit.

Praerogativam ad bursas habent consanguinei fundatoris : alias ordine admittuntur Bovinienses, Namurcenses et Lovanienses.

Provisores nominavit idem fundator praesidentem collegii theologorum (modo majoris collegii est) et juris pontificii primarium professorem seu antecessorem.

Collegium hoc situm in platea *Praepositi*, modo portam suam primariam habet e regione plateae dictae *de Heuvelstraete* seu *Collegie-berg*, descendentis juxta collegium theologorum majus versus *Vetus Forum*, extenditque se hoc collegium retro ad plateam usque de *Smeyers-strate*, ubi et alteram habet portam.

Anno 1572, 7 augusti, collegium hoc situm erat seu portam primariam habebat e regione domus dictae *den Vuyl* sive *Ouden Vuyl* incorporatae eo anno et die collegio minori theologorum, ac sitae eo loco, in quo postea exstructum est minoris hujus theologorum collegii sacellum. Hoc patet ex literis scabinalibus oppidi Lovaniensis de die 7 augusti 1572.

Epitaphium fundatoris apud Minores : « Hic requiescit » venerabilis dominus et | magister Nicolaus Goblet de | cre- » torum licen | tiatus ac ecclesie | beate Marie virginis | Dio- » nantensis prepositus qui obiit anno | 1553 die 10ª 3ª julii. » Requiescat in pace. » Huc usque Bax et Paquot.

Venerabilis dominus Nicolaus Goblet de Bovinia, juris pontificii licentiatus, ecclesiae Dionantensis praepositus, circa annum Domini 1553 in et ex sua domo, quam habuit in platea *Villici*, vulgo *Smeyerstraete* dicta, fundavit unum collegium sub nomine sanctae Annae, fundatis in eo praeter praesidentiam decem bursis pro pauperibus studiosis de suo sanguine, et iis deficientibus, pro Boviniensibus, Namurcensibus et Lovaniensibus, secundum certum praescriptum ordinem, quibus singulis assignavit quotannis quadraginta

florenos Caroli et unum modium siliginis, qui tamen postea ad pecuniam quoque reductus est; praesidenti autem pro victu, regimine ac celebratione missae quotidianae, exceptis diebus dominicis, septuaginta duos florenos et unum modium siliginis, ultrà alios reditus assignatos pro intertentione famulae, servitoris, domus et aliorum quorumdam onerum.

Quod quidem collegium in suo pleno statu stetit in anno 1578, quo propter praesidium militare omnes bursarii dimitti debuerunt, praeside illius eodem temporis momento moriente. Ex quo factum est, quod per praesidium militare in eo collocatum omnia fere in dicto collegio perierint et domus illius in multis partibus diruta et eviscerata fuerit, ut non satis sit habitabilis. Hujus collegii praeses tempore dictae desertionis fuit magister Ludovicus Stevens, utriusque juris licentiatus.

Provisores hujus collegii sunt collegii theologorum praesidens, sacrae theologiae doctor, et primarius professor juris canonici, qui nunc sunt dominus et magister Henricus Gravius, sacrae theologiae doctor, et Joannes Wamesius, utriusque juris doctor.

Qui duo provisores cogitare coeperunt de alia domo commodiore pro collegio emenda, ex eo quod domus fundationis ita sit diruta et eviscerata, ac alioqui per se antiqua et admodum pro tanto numero bursariorum angusta, et in cujus reparationem facile tantum impendi posset, quanti melius accommodata domus sine necessitate aedificationis comparari posset. De qua re cum patrono dictae fundationis, qui est senior et propior de familia de Goblet, deliberare constituerunt, sperantes ex arriragiis redituum dicti collegii, si non omnino, saltem paulatim id fieri posse, si modo praesidentia et bursae ad breve aliquod tempus adhuc suspendantur (1). Quae suspensio in omnem eventum necessaria est tantisper, donec ex arriragiis tantum sit comparatum, ut iterum collegium ad pristinum seu aliquem statum reduci possit. Quae

(1) Il n'a jamais été donné aucune suite au projet dont il est ici question.

arriragia, tam domanii regiae Majestatis quam aliarum privatarum personarum, ascendunt circiter ad decem millia florenorum.

Reditus dicti collegii percipi solent per receptorem, qui in praesenti nuper est constitutus magister Joannes Bachusius. Qui dicta arriragia recipere incipit sub stipendio vicesimi denarii; qui ex primis dictorum redituum reliquis seu arriragiis debuit ex contractu et promissione fundatoris domino et magistro Nicolao Goblet, dicti fundatoris nepoti, solvere loco donationis propter nuptias summam trecentorum florenorum; qui magister Nicolaus ex fundatione testatoris bursam multis annis obtinuit etiam post dimissos omnes alios, assignata illi in collegio Sabaudiae et soluta bursae suae portione usque ad annum 1586.

(Extrait du rapport sur l'état des collèges de l'Université de Louvain en 1589).

Ultimo decennio seculi decimi sexti innovatum seu restauratum fuit collegium, et auctum empta nova domo, sub praesidibus Joanne Clario et Joanne Wiringo. Postea sub praesidentia Joannis Roberti Gisleni Caimo, anno 1745, adjectum fuit collegio aedificium novum, quod respicit plateam *Praepositi*, in quo sunt refectorium et sacellum.

Praesides collegii sanctae Annae.

Testamento suo de die 17 junii 1553, ipse fundator seu *dominus testator pro primo praesidente hujusmodi sui collegii nominavit dominum et magistrum Christophorum Crieckebeeck, sacrae theologiae licentiatum, modo onus ejusdem praesidentiae acceptare velit; sin autem, relinquit assumptionem et ordinationem ejusdem praesidentis provisoribus collegii.* Christophorus Crieckebeeck videtur munus sibi oblatum declinasse, nam citatur ut primus praeses collegii sanctae Annae Alphonsus Deyleren, qui tanquam testis aderat, dum Nicolaus Goblet condebat testamentum suum.

I. Alphonsus Deylerus, vel Deyleren, de Bossuto (pagus

est altero a Lovanio lapide), qui circa annum 1551 fuerat J. U. baccalaureorum decanus, adfuit provinciali synodo Cameracensi anno 1565 celebratae tum J. U. licentiatus, et ei subscripsit ut procurator Margaretae de Noyelles, abbatissae de Nivella, praesidis munere abdicato inter 20 augusti et 1 septembris 1557. Lego in *Théâtre sacré du Brabant*, liv. III, p. 70 : *Le recteur de l'église de Limale est maître Deylleren, qui dessert lui-même dans les principales fêtes de l'année* (*tiré des registres des curateur et confrères du conseil de Gembloux, anno* 1559), Nescio, an hic idem sit ac noster.

II. Augustinus Hunnaeus, vulgo *Huens*, Mechliniensis, professor antea in paedagogio Castri, tum et postea sacrae theologiae; factus hujus collegii praeses mense augusti anni 1557. Anno 1558 sacrae theologiae doctor creatus est. Dein anno 1563 in fine mensis septembris praesidentiam dimisit, atque, ut facilius studiis vacaret, secessit in collegium theologorum majus, cui anno 1572 praeses datus est. Obiit 7 septembris 1578 in domo habitationis suae sitae in platea dicta het *Spierinckx straetje*, retro hospitium *den Wildenman* sita. Vide sacrae theologiae doctores.

III. Joannes Deptius, Binchiensis, sacrae theologiae licentiatus, collegii hujus praeses anno 1563. Fuit etiam canonicus ad sanctum Ursmarum Binchii; quem canonicatum fratri suo Joanni resignavit. Praesidentia vero hujus collegii se abdicavit 1 januari 1567, stylo novo.

« Praefuit usque ad calendas januarii 1566. » Ita Paquot.

IV. Theodoricus Malcotius, Lovaniensis, sacrae theologiae licentiatus, anno 1567 post Deptium se abdicantem praeses collegii hujus constituitur; praesidentiam eodem anno 1567, 1 decembris, dimisit postquam 20 novembris electus esset paedagogii Liliensis regens; in quo munere morte praematura in patria obiit die 3 maji 1568, aetatis 35 annorum. Vide regentes paedagogi Lilii.

V. Lambertus Paradisius, vulgo *Paradis*, Namuranus, J. U. licentia decoratus anno 1566, mense septembri; postea, 8 julii

1570, fit in urbe patria ad sanctum Albanum canonicus, deinde officialis et a morte domini Nicolai Cousin anno 1604 decanus. Namurcum repetiit anno 1577, et ibidem obiit anno 1613. Rexit autem collegium hoc usque ad calendas januarii 1571, stylo Leodiensi.

VI. Laurentius Walteri, Westerhovius, a loco natali Westerhoven ita nominatus. Post Paradisium collegii hujus praeses constitutus fuit. Dein paulo post, 28 augusti 1571, sacrae theologiae doctor creatus est. Tum 1 februarii 1577 ex praeside collegii hujus factus est praeses collegii majoris theologorum post Hunnaeum dimittentem; in qua praesidentia moritur in collegio majori 20 novembris 1578, dyssenteria correptus, et plurima a militibus in eo collegio passus. Vide sacrae theologiae doctores.

Paquot dicit « ipsum praesidis munus abdicasse kalendis martiis 1577, stylo novo. »

VII. Ludovicus Stevens, juris utriusque licentiatus, successit Westerhovio, eratque praeses 13 martii 1577 (coram Wamel in actis).

« L. Stevens, sacerdos, praecrat adhuc eodem anno 1577, mense octobri. Ab eo vero tempore nulli fuere in hoc collegio, saepe militibus pleno bursarii ad annum usque 1593. Nullus item receptor ad annum 1590. Videtur autem hic praeses diem supremum obiisse circa mensem octobrem 1578. Sunt duo ejus computus a 1 martii 1577 ad ultimam septembris. » Ita Paquot.

VIII. Joannes Clarius, Tungrensis, ex praeside domus Standonicae factus anno 1578, mense octobri, collegii hujus sanctae Annae praeses. Dein 28 augusti 1584 sacrae theologiae doctor renuntiatus est. Tum anno 1590, discedente Henrico Gravio Romam, vel anno 1591, dum Gravius Romae obiit, Clarius ex collegio hoc sanctae Annae, cujus praesidentiam simul etiam verosimiliter administravit ad 1593 vel 1596, factus est collegii majoris theologorum praeses; ex quo anno 1605 translatus est ad praesidentiam collegii seu seminarii Leodiensis; ibidemque obiit 22 augusti 1611, aetatis 63 annorum. Vide sacrae theologiae doctores.

« Collegio praefuit a medio octobri 1578, et rationibus collegii subscripsit ut praeses collegii majoris anno 1593. Circa hoc tempus, nova domo empta, innovatum est collegium. » Ita Paquot.

IX. Joannes Wiringus, vulgo *Van Wiringen*, Campensis, Natus circa annum 1560, in artibus e paedagogio Lilii quintus promotus anno 1578. Deinde in hoc paedagogio per plures annos ab anno 1585, post festum Mathaei, philosophiae professor, et juris utriusque licentiatus et presbyter. Inde anno 1590 vel circiter destinatur ad praesidentiam hujus sanctae Annae collegii; cujus praefecturam tandem anno 1596, circa festum Epiphaniae, adiit. Anno 1595, 12 septembris, juris utriusque doctor renuntiatus fuerat. Obiitque in collegio sanctae Annae, cui praeerat, 27 junii 1607. Vide juris utriusque doctores.

« Decessit anno 1607, quinto kalendas julii. Collegii instaurationi praefuit, coepitque illud administrare circa festum Epiphanre anno 1596 » Ita Paquot.

X. 1607. Carolus De Keersmaecker, Lovaniensis, sacrae theologiae licentiatus, presbyter, munere se abdicavit anno 1615, quo illi postridie idus octobris succedit Henricus Rampen senior.

XI. 1615. Henricus Rampen senior, Huensis Eburo, Universitatis Coloniensis ab anno 1595 artium magister, primum professor philosophiae in paedagogio Lilii. Anno 1607 sacrae theologiae doctor creatus, 16 octobris 1615 regimini collegii hujus sanctae Annae admovetur. Hinc 31 augusti 1625 fit minoris collegii theologorum praeses; unde anno 1628 ad praesidentiam majoris collegii transiit, ibidemque, ingravescente aetate et acutissimis podagrae et chiragrae doloribus cruciatus, diem clausit extremum 4 martii 1641. Vide sacrae theologiae doctores.

« Migravit hinc anno 1625, 14 novembris, electus majoris collegii praeses. » Ita Paquot.

XII. 1625. Henricus Rampen junior, Huensis Eburo, juris

utriusque licentiatus, Henrici, sacrae theologiae doctoris, ex fratre nepos, ejusdem a 10 octobris 1625 in hac praesidentia successor ad annum usque 1630, quo Harlebecam profectus est, ubi collegiatae ecclesiae canonicatum obtinuerat, ac demum ejusdem capituli anno 1660 electus est decanus. Obiit anno 1664.

« Juris utriusque licentiatus et professor (ait Sanderus, quamquam a Valerio Andrea non recenseatur), postea canonicus Harlebaci ad sanctum Salvatorem ; deinde ab anno 1660 ejusdem ecclesiae decanus usque ad annum 1664, quo, forte mortuus, successorem in hoc munere accepit Carolum Renatum Van der Gracht, Gandensem. Ei vero in regimine hujus collegii suffectus est 2ª augusti 1630 Philippus Van Zuerendonck. » Ita Paquot.

XIII. 1630. Philippus Van Zuerendonck, seu Zoerendonck, Sylvaeducensis, natus circa annum 1583 (1), sacrae theologiae licentiatus, ante occupatam a Batavo milite urbem Sylvaeducensem, in ejusdem cathedrali canonicus graduatus, poenitentiarius et cantor. Hinc anno 1630 collegii hujus praeses post Henricum Rampen, juris utriusque licentiatum, constitutus fuit, et praeerat 8 octobris 1635 (coram Berckmans).

Anno 1642, mense augusto, Academiae rector electus est pro facultatis Artium turno ; tum et anno 1662, mense augusto, Academiae vicerector constituitur. Huic muneri immortuus est anno 1662, vel initio anni 1663.

« Fuerat a 21 januarii 1605 gavisus bursa fundationis Molani. Successor ei datus est octavo idus novembris 1643 Hugo Brady. » Ita Paquot.

Vide etiam Schutjes, *Bisdom 's Hertogenbosch*, IV, p. 277.

XIV. 1643. Hugo Brady, Breniensis (ex oppido Bellahais, in comitatu Cavaniensi) Hibernus, post Van Zuerendonck collegii hujus praeses, 24 octobris 1646 juris utriusque doc-

(1) « Erat 62 annorum 18 februarii 1647 ; (coram Wouters). » *Note de Bax.*

tor renuntatus est. Obiit in collegio 14 octobris 1669. Vide juris utriusque doctores.

« Presbyter... in hoc collegio defunctus 14 octobris 1669, » qua die illi surrogatur Joannes Guilielmus Blanche. » Ita Paquot.

XV. 1669. Joannes Guilielmus Blanche, Hervianus, (Dalemius, ait Paquot), natus 6 aprilis 1634, patre Henrico, matre Elisabetha Simar d'Ardenne, conjugibus; juris utriusque doctor renuntiatur 2 martii 1666. Factus hujus collegii anno 1670 praeses, eo munere ultro se exuit anno 1685, ut vitam duceret quietiorem. In statu clericali vitam egit vere ecclesiasticam, numquam tamen induci potuit vir humillimus et integerrimus, ut ordines sacros susciperet. Obiit 3ª novembris 1696, aetatis 62 annorum. Vide juris utriusque doctores.

XVI. 1685. Joannes Baptista Waucquier, Brugensis, anno 1672 in artibus e paedagogio Lilii primus; 23 augusti 1685 electus hujus collegii praeses ab uno provisorum, altero eligente eximium dominum Martinum Steyaert, sacrae theologiae doctorem; tum magnifici domini hujus Academiae rectoris decisione de die 25 augusti in favorem domini Waucquier introductus hic fuit 27 augusti 1685 in hanc praesidentiam; eodemque anno 1685 factus est cathedralis Brugensis canonicus, et gradum licentiae in utroque jure obtinuit; ac tandem 15 novembris 1690 juris utriusque doctor renuntiatus est. Vide juris utriusque doctores.

Obiit Lovanii 2 julii 1710, aetatis anno 59º, sepultus ad divum Petrum in navi ecclesiae, e regione altaris opificii sutorum, cum epitaphio.

XVII. 1710. Gisbertus Joannes Brenart, frater Joannis Antonii Brenart, Lovaniensis, juris utriusque doctoris; anno 1690 in artibus e paedagogio Lilii 24ᵘˢ promotus; cursu theologico absoluto et in sacra theologia licentiae laurea condecoratus, primum anno 1698, januario vel februario, vi nominationis Lovaniensis factus est pastor in Uccle. Inde anno 1705 ad divam Gudulam Bruxellis plebanus, ac dein in eadem collegiata canonicus; ad haec post obitum Joannis

Baptistae Wauckier electus quoque 12 julii 1710 in hujus collegii sanctae Annae praesidem ; in quo collegio an resederit umquam, non inveni. Imo dicit Rombaut, in suo *Bruxelles illustrée*, II, p. 195, quod praesidentiam non acceptaverit. Putatur tamen ex epitaphio, quod praesidentiae immortuus sit 7 aprilis 1727 (1).

« Sepulchrum habet in ambitu chori sanctae Gudulae, ante ingressum in sacellum venerabilis Eucharistae Sacramenti, hoc modo inscriptum : D. O. M. | VICTURUS COELO DEVIXIT SOLO | 7 APRIL. 1729 | R^dus ERUD^mus AMP^mus D. | GISB. JOANNES BRENART | EX NOBILI ET ANTIQUA GERM. | PROSAPIA | PROTON. APOSTOLICUS S. T. LICENT. | PRAESES COLLEGII S. ANNAE LOVANII | PLEBANUS BRUXELL. 1^ae FUND. CANONICUS. | ARCHIPRESB^ri EXAM. SYNODALIS | MUNERIBUS FUNCTUS VIVUS ET MORIENS IN PAUPERES MUNIFICUS | EMINENTI ERUDITIONE AC ZELO PASTORALI ANNIS PLUS 30 CONSPICUUS | POSUIT FRATRI SUISQ. | J. A. BRENAERT EQUES AURATUS | TOPARCHA BARO DE CORBEEK | OVER LOO D^us IN OPPIDO LOVANI. | J. U. D.ET ANTECESSOR PRIMARIUS | REQUIESCAT IN PACE. » Ita PAQUOT.

XVIII. 1712. JOANNES FRANCISCUS T'SANTELS, Lovaniensis, collegii hujus praeses, obiit 17 aprilis 1738. Fuit Lovanii ad sanctum Petrum canonicus; gradum licentiae in utroque jure anno 1712 adeptus est. Inscriptio carminis est haec : *Jan Francis T'Santels... en president van 't collegie van O. L. M. Moeyer, J. U. L., op den solemnelen feestdagh van het vermaert schoenlappers ambacht, alias repareerders...* 1712. Vide hoc carmen in libro : *Varia pro juris utriusque licentiandis.*

« Superiore abdicante, electus est tertio idus februarii 1712 J. F. T'Santels, dein eodem anno juris utriusque licentiatus, jam ante protonotarius apostolicus et canonicus primae fundationis ad divum Petrum a die 7 martii 1703. Sacerdos pridie Pentecostis anni 1704. Obiit in hoc collegio anno 1738; sub monumento majorum suorum sepultus in ecclesia principe juxta aram sancti Ivonis xiv kalendas maii. » Ita PAQUOT.

(1) Vide ROMBAUT, *Bruxelles illustrée*, I, p. 110 et II, p. 195.

XIX. 1738. Joannes Robertus Gislenus Caimo, Bruxellensis, natus 21 aprilis 1711. Anno 1730 in artibus c paedagogio Castri 21us promotus; constitutus collegii hujus vicepraeses 26 februarii 1738, eoque titulo introductus 1 martii sequenti, ac dein post T'Santels praeses. Sacrae theologiae licentiae lauream 3 junii 1738 obtinuit, et anno 1743, 19 novembris, sacrae theologiae doctor creatus est. Hinc anno 1753 nominatus episcopus Brugensis, consecratus fuit 16 junii 1754, Brugasque solemni pompa ingressus est 30 junii 1754; ibidemque obiit 22 decembris 1775. Vide sacrae theologiae doctores.

Sub hoc praeside collegio huic adjectum fuit aedificium novum, quod respicit plateam *Praepositi*, in quo refectorium et sacellum pulcherrimum.

« Doctor sacrae theologiae et professor. Is anno 1745 collegium labescens a fundamentis instauravit, et ad eum, in quo omnibus conspicuum est, splendorem perduxit. Successor illi datus est quarto idus junii 1754 J. Th. J. Wellens. » Ita Paquot.

XX. 1754. Jacobus Thomas Josephus Wellens, Antverpiensis, natus 3 septembris 1726, anno 1745 in artibus c paedagogio Falconis primus; ex professoratu philosophico in paedagogio Falconis transiit 11 junii 1754 ad hujus collegii praesidentiam. Gradum licentiae in sacra theologia et jure utroque eadem die, 31 julii 1752, philosophiae professor existens, adeptus est. Tum 17 januarii 1765 in praesidentiam collegii Hollandici introducitur, et sacrae theologiae doctor creatur 3 augusti 1756. Inde 8 septembris 1776 consecratur Antverpiensium episcopus. Obiit Antverpiae 30 januarii 1784, hora prima nocturna, aetatis anno 58°. Vide sacrae theologiae doctores.

XXI. 1765. Gerardus Deckers, ex Kevelaer, natus 25 martii 1733, anno 1753 in artibus e paedagogio Porci quintus. E philosophiae professore in paedagogio Porci factus est anno 1765 collegii hujus praeses; tum 21 octobris 1766 sacrae theologiae doctor creatus. Anno 1774 transiit ad praesi-

dentiam collegii Atrebatensis, ibidemque obiit 23 julii 1782, aetatis anno 49°. Vide sacrae theologiae doctores.

« Hic die 18 decembris 1765 renuntiatus est canonicus in divi Petri ac theologiae professor ordinarius loco Ludovici Ferdinandi Lenglé, sacrae theologiae doctoris, die 17 ejusdem mensis vita functi. Possessionem cepit 21 decembris 1765. » Ita Paquot.

XXII. 1774. Joannes Henricus Collignon, Luxemburgus, natus 31 jauuarii 1743, factus juris utriusque licentiatus 13 augusti 1768, et dein professor. Anno 1774, mense januario, collegii hujus praeses constitutus, 16 julii 1776 juris utriusque doctor renuntiatus est. Obiit in hoc collegio 24 novembris 1783, aetatis 40 annorum. Vide juris utriusque doctores.

XXIII. Guilielmus Van Cutsem, ex Leeuwis sancti Petri; anno 1770 in artibus e paedagogio Lilii primus, sacrae theologiae baccalaureus formatus, factus philosophiae professor in Lilio 6 julii 1775. Tum 11 augusti 1780 juris utriusque licentiatus, dein anno 1783 professor juris canonici ordinarius et secundae fundationis canonicus; ad haec, 28 novembris 1783, electus collegii hujus praeses. Inde in senatu Mechliniensi consiliarius. Obiit Bruxellis nocte inter 20 et 21 novembris 1825.

Mansit collegium hoc sine praeside usque ad annum 1793.

Cum sub regimine imperatoris Josephi II Lovanii erigeretur seminarium generale, collegium hoc elocatum fuit religiosis abbatiae sancti Adriani Gerardimontensis, qui illud deseruerunt mense decembri 1789. Religiosos Lovanium duxerat Gislenus Van Havermans, ex Okeghem Alostensis, sacrae theologiae licentiatus, ejus abbatiae religiosus, qui et ideo mitram suae abbatiae ab aula promeruit.

Restituta anno 1790 Universitate, et cum collegium majus theologorum reaedificandum et restaurandum esset, in hoc sanctae Annae collegio commoratus est majoris collegii praeses J. F. Van de Velde, sacrae theologiae doctor et collegii sanctae Annae provisor; qui illud administravit

usque ad annum 1793; quo ad propriam suam habitationem in collegio majori transiit una cum famulantibus, qui ad culinam et refectorium collegii majoris spectabant, quae tum in hoc collegio reaedificata erant.

XXIV. Joannes Van Erp, Ossensis e majoratu Buscoducensi, natus 15 junii 1757, anno 1776 in artibus e paedagogio Lilii 17us promotus. Dein collegii majoris theologorum alumnus; 1a julii 1783 sacrae theologiae licentiatus, mense octobri ejusdem anni collegii majoris lector constituitur; ex quo cum anno 1786 cum ceteris discedendum esset, in patriam se recepit, et vicarius destinatus fuit in Loon-op-Zand et Kaatsheuvel. Inde Lovanium, restituta Universitate, revertitur, et anno 1790 munus lectoris collegii majoris resumpsit, donec 18 octobris 1792 collegii hujus praeses constitutus fuit. Ex quo anno 1796 ab illustrissimo domino vicario apostolico dioecesis Buscoducensis revocatus, nominatus fuit pastor in Oirschot, et simul districtus Hilvaribecani landdecanus. Obiit ibidem 20 januarii 1821. Vide Schuyes, *Bisdom 's Hertogenbosch*, V, p. 357.

XXV. Antonius Van Gils, Tilburgensis, anno 1779 in artibus e paedagogio Porci primus, collegii pontificii lector, dein et sacrae theologiae licentiatus; inde collegii Malderiani praeses anno 1790 factus, eodemque anno 1790, die 21 julii, collatione magistratus Lovaniensis sacrae theologiae professor ordinarius et primae fundationis canonicus in divi Petri Lovanii. Factus est anno 1796 collegii hujus sanctae Annae praeses. Vide H. J. Allard, *Antonius Van Gils en de kerkelijke gebeurtenissen van zijn tijd.* 'S Hertogenbosch, 1876, vol. in-8°.

Fondations boursières du collège de Sainte-Anne.

1. Au témoignage de Molanus (*Historiae Lovaniensium libri* XIV, I, p. 642), *Lambert Paradis*, doyen du chapitre cathédral de Namur et ancien président du collège de Sainte-Anne, ajouta deux bourses à la fondation primitive.

Ni Valère André, ni les sources manuscrites que nous avons pu consulter, ne mentionnent d'autres fondations que celle-là. Nous sommes donc obligé, pour les bourses du collège de Sainte-Anne, de nous en rapporter aux indications des pièces officielles modernes.

État actuel des revenus des fondations annexées autrefois au collège de Sainte-Anne (1).

Fondations administrées par la commission provinciale du Brabant.

Fondateurs.	Revenus. Frs	Ces
1. Collart	194	48
2. Goblet (Nicolas), fondateur du collège (2), .	199	50
3. Ladmiraut (Jérôme) et de Gaiffier (Jeanne) . .	135	81
4. Maloteau.	177	99

Note complémentaire pour l'histoire du collège de Sainte-Anne.

Après la suppression de l'Université en 1797, le collège de Sainte-Anne fut vendu par la direction du prytanée français de Saint-Cyr, et devint une propriété privée. L'acquéreur le convertit en café, où la *Société de l'Union* avait son local vers 1822, et la *Société des Étudiants* en 1829. Plus tard, il fut transformé en maison particulière. Les Petites-Sœurs-des-pauvres s'y installèrent provisoirement vers 1858, et l'occupèrent jusqu'en 1862. Depuis cette époque, il sert de nouveau d'habitation privée.

(1) Dans ce tableau nous indiquons les revenus actuels des anciennes fondations d'après le compte de l'année scolaire 1879-1880.

(2) Nous avons publié dans les *Analectes pour servir à l'histoire ecclésiastique de la Belgique* (VII, pp. 239-242) la *Généalogie de feu maître Nicolas Goblet,..... fondateur du collège saincte Anne en l'Université de Louvain, commenchant à Nicolas Goblet, en son vivant seigneur de Byoul et d'Anevoye et grant père audit fondateur, faite en l'an de grâce* 1558.

10. Collège de Drieux.

Ce collège situé dans la rue *des écriniers*, était ainsi appelé du nom de son fondateur Michel Drieux (1), professeur ordinaire de droit canonique pendant 28 ans à l'Université de Louvain, qui l'érigea en faveur de ses parents et de jeunes gens originaires de certains villages des environs de Cassel, petite ville de la Flandre Française. Ceux qui y étaient admis devaient s'adonner à l'étude de la philosophie, de la théologie ou du droit.

La fondation de Michel Drieux fut considérablement augmentée par plusieurs de ses proches parents. Parmi ceux-ci nous citerons Remi Drieux, évêque de Bruges et neveu du fondateur, et les trois neveux de celui-ci : Remi, Jacques et Baudouin; les deux premiers, chanoines de la cathédrale de Bruges, et le dernier, Baudouin, doyen du chapitre de Saint-Jacques à Louvain. Ce n'est donc pas sans raison, que, lors de la reconstruction des bâtiments qui eut lieu en 1775, on plaça au-dessus de la porte d'entrée du collège une inscription dans laquelle on l'appelle : Drieuxiorum domus.

Collegium Driutianum.

Fundator collegii hujus est Michaël Driutius, vulgo Drieux, oriundus ex Volckerinchove, territorii Casletensis in Morinis pago, patre Adriano et matre Maria Swartens. Anno 1521 inter artium magistros e paedagogio Lilii secun-

(1) *Drieux*, en latin *Driutius*. De là, les noms latin et flamand de *collegium Driutii* et *Driutii collegie*.

dus; in quo paedagogio postmodum philosophiae professor exstitit. Absoluto cursu philosophico, animum serio et theologiae et juris studio adjecit, gradum licentiae in hac facultate adeptus, et 2 octobris 1523 e facultate artium ad concilium Universitatis receptus. Professor primo extraordinarius Codicis et in divi Petri secundae fundationis canonicus a 21 martii 1529 constitutus, succedens Gabrieli de Mera defuncto 18 martii 1529; tum anno 1530 canonum professor ordinarius horis pomeridianis, surrogatus Hermeti de Winghe, cui Institutionum lectio obtigerat; denique anno eodem 1530, 1 aprilis, in praebendam et professionem Decreti Dionysio Vischavio sufficitur, qui obiit juxta epitaphium 7 aprilis 1531 (1).

Juris utriusque doctor renuntiatus fuit 13 septembris 1530, et Academiae rector annis 1531, 1534 et 1538 electus; fuit etiam curiae spiritualis episcopi et principis Leodiensis officialis Lovanii residens, necnon haereticae pravitatis inquisitor generalis, et postremo ecclesiae collegiatae divi Petri decanus, Ruardo Tappero, sacrae theologiae doctori et professori, 2 martii 1559 vita functo, successor datus. Eodem et ipse Drutius anno 1559, die 16 septembris, ad meliorem vitam transiit, continuis summisque laboribus ac vigiliis, ut in epitaphio legitur, caussa reipublicae christianae confectus.

(1) Ita Valerius Andreas, *Fasti academici*, pp. 156, 180 et 185; adeoque suffectus fuit Vischavio adhuc viventi seu potius eidem substitutus cum jure successionis, quia alias fuisset Drutius per 29 annos et amplius ordinarius Decretorum professor, et in epitaphio tantum legitur annis 28. Neque pugnat haec opinio cum eo, quod de Vischavio legitur, scilicet quod hic sit factus anno 1501 Decretorum professor; successit enim Theodorico de Viridi Valle defuncto 25 augusti 1501, et qui docuit seu, ut in ejus epitaphio legitur, *xxviii annis decreta praelegit*, scilicet ad initium anni 1530, dum Drutius illi suffectus seu substitutus fuit. Quod autem Drutius primum substitutus fuerit Vischavio adhuc viventi, liquet ex eo quod professionem sacrorum canonum ordinariam non nisi anno 1531, seu defuncto Vischavio, dimiserit, dum in hac professione ei successit Adrianus de Gravia, uti *Fasti academici* habent p. 156.

Sepulchrum habet ante aram divo Ivoni sacram, cum hoc epitaphio (1) : VENERABILIS ET EXIMIUS JURISCONSULTUS D. MICHAEL DRIUCIUS ORTUS | EX VOLCKERINCKHOVE, TERRITORII CASLETEN[SIS] ARTIUM ET V. J. DOCTOR ANNIS | XXVIII ORDINARIUS DECRETORUM PROFESSOR HUJUS ECCLESIAE PRESBYTER CANO | NICUS ET DECANUS, ACADEMIAE LOVANIEN[SIS] CANCELLARIUS, SPIRITUALIS CURIAE | RE^mi EPISCOPI LEODIEN[SIS] OFFICIALIS NECNON HAERETICAE PRAVITATIS INQUISITOR | GENERALIS, FUNDATOR COLLEGII DRIUCIANI : CONTINUIS SUMMISQUE LABORIBUS | AC VIGILIIS CAUSSA REIP[UBLICAE] CHRISTIANAE CONFECTUS OBIIT XVI SEPTEMBRIS AN. | CIↃ. IↃ. LIX AETATIS SUAE LXIIIJ CUJUS ANIMAE DEUS MISEREATUR.

Michael Driutius, condito suo testamento die 28 julii 1559 Lovanii coram Joanne Duyfkens, notario, moriens domum suam sitam in vico (qui hodieque a Joanne Spiringo, famosissimo, dum viveret, medico, cujus eadem aliquando fuit domus, nomen retinuit), dicto vulgo *Spierinck-straetken*, converti voluit in collegium pro studiosis suae stirpis aut sanguinis (quibus etiam extra Lovanium in aliqua Universitate approbata Gallica, ejus idiomatis addiscendi et studendi caussa, de assensu provisorum hujus collegii, per biennium morari permittitur, ac quolibet anno dictorum duorum in subsidium studii habebunt tantum, quantum singulis annis Lovanii expenderent, si hujusmodi gratia Lovanii uterentur), hinc ordine oriundis : 1° ex Volckerinchove; 2° ex Bollezeele; 3° ex Merckeghem; 4° ex Broxeele; 5° ex Lederzeele, pagis territorii Casletani et vicinis pago de Volckerinchove natali domini fundatoris.

Et si nullus ex ejus sanguine aut ex illis locis inveniatur qualificatus et idoneus, quod tunc ex territorio Casletensi assumantur idonei et qualificati ad ejusmodi studium, ut infra dicetur, infra unum mensem a die publicationis factae in dicta ecclesia de Volkerinchove. Et, si nullus infra mensem

(1) « On voit le tombeau du fondateur en la chapelle de Saint-Yves à Saint-Pierre, revêtu d'une lame de cuivre, avec son effigie et cette inscription : ANNO 1560, plus bas : VENERABILIS, etc., comme ci-dessus. » *Note de Paquot.*

praesentetur idoneus, quod tunc provisores poterunt conferre locum vacantem alicui idoneo ex oppido Lovaniensi, qui tamen cedere debet, ubi primum aliquis e genere fundatoris sese obtulerit.

Bursarii assumendi idonei debent esse ad rhetoricam vel philosophiam, paedagogiumque Lilii frequentare tenentur; dein theologiae vel jurisprudentiae operam dare poterunt et frequentare debent scholas respective theologicas et publicas, prout latius in hac fundatione continetur.

« Ut autem bursarii bursis ejusmodi gaudere possint, debent idonei esse ad studium rhetorices, tum studere philosophiae, in qua si ante medium promoti fuerint, iisdem frui possunt ad studia sive theologica sive juridica. Sunt in collegio praeter dictas bursas aliae... annui sex librarum grossorum, ut vocant, proventus, dandae fundatoris consanguineis, dum humanioribus literis navant operam. Patronos sive bursarum collatores perpetuo futuros sanxit idem fundator curatum et magistros fabricae ecclesiae de Volckerinchove, post tamen quam eo jure potiti essent Remigius Driutius, tum praepositus, postea episcopus Brugensis, et hujus nepos cognominis, juris utriusque licentiatus, canonicusque et officialis Brugensis, quos etiam collegii provisores esse voluit. Ab eorum autem obitu provisores nominavit binos ecclesiae divi Petri canonicos, eoque nomine professores ordinarios : alterum sacrae theologiae et hunc seniorem, alterum juris canonici, eum nempe, qui diebus dominicis et festis aliisque ferialibus docet. » Ita Paquot.

Primus collegii patronus fuit reverendissimus Remigius Driutius, Brugensis episcopus. Hic oriundus ex Volckerinchove Lovanium vocatus a patruo suo (erat enim filius Remigii, unici fundatoris Michaëlis fratris, et Catharinae Fenaerts) Michaële, juris utriusque doctore et professore; sub cujus moderamine studiis juridicis incubuit eo fructu atque successu, ut juris utriusque licentiae gradum adeptus sit, et 13 junii 1544, aetatis 25 annorum, juris civilis professor ordinarius atque in divi Petri secundae fundationis canonicus

renuntiaretur. Vigore privilegiorum academicorum ad praebendam in ecclesia cathedrali Cameracensi promotus fuit. Anno 1556 fit decanus capituli sancti Jacobi Lovanii, atque ob summam ejus in utroque jure peritiam inter supremi concilii apud Mechlinienses senatores ecclesiasticos anno 1557 cooptatus est; quod munus per annos 12 summa integritate gessit. Assumptus quoque fuit a cardinale Granvellano, Mechliniensium archiepiscopo, in officialem curiae suae spiritualis; a rege Philippo II nominatus anno 1558 ad praeposituram ecclesiae collegiatae beatae Mariae Virginis Brugis, quam etiam dein per plures annos una cum episcopatu retinuit; a Petro Curtio, primo Brugensi episcopo, designatus quoque primus dioeceseos Brugensis officialis.

Variis hisce dignitatibus tum in Ecclesia tum in republica illustris Driutius anno 1560 a Philippo II designatus est primus episcopus Leowardiensis ac primas Frisiae; atque hoc titulo interfuit atque subscripsit concilio provinciali habito Trajecti ad Rhenum anno 1665; sed rebus in Frisia per haereses atque rebelliones turbatis, antequam consecraretur, translatus est anno 1569 ad cathedram Brugensem, cujus secundus episcopus solemni ritu inauguratus est Mechliniae in ecclesia parochiali sanctae Catharinae 13 novembris anni ejusdem 1569, sacra peragente Maximiliano a Bergis, archiepiscopo ac duce Cameracensi, assistentibus Francisco Sonnio, Buscoducensi, et Cornelio Jansenio, Gandavensi episcopis.

Episcopatum Brugensem rexit per annos 24, difficillimis sane temporibus, quibus ipse praesul ceterique boni ac regi fideles catholici, signanter vero ecclesiastici ac religiosi, mala plurima ab haereticis et rebellibus perpessi sunt; quin imo in ipsum praesulem anno 1577 impias manus injecerunt, ac eumdem cum episcopo Iprensi, aliis magnatibus ac viris religiosis, arctae custodiae Gandavi incluserunt, ac tandem post triennalem captivitatem multo litro redemptam anno 1581 Tornaci, Cortraci et Aldenardae exulare coëgerunt, donec anno 1584, pace Brugis publicata, pluribus haereticis atque rebellibus Brugas ultro deserentibus, praesul hic cum canonicis suis ab exilio ad oves suas reversus est, summoque studio et vigilantia errantes in viam veritatis reduxit,

vacillantes confirmavit, pervicaces abegit et profugatas ab haereticis ecclesias solemni ritu reconciliavit.

Satagente imprimis episcopo Driutio, lata fuit in supremo concilio Mechliniensi sententia in favorem status ecclesiastici provinciae Flandriae; cujus vigore pristina ejus privilegia restituta sunt, primusque locus in consessu ordinum Flandriae una cum voto deliberativo ei fuit attributus.

Demum praesul dignissimus, obitis cunctis boni pastoris officiis multisque salutaribus monitis gregi suae relictis, ex hac mortali vita ad immortalem transiit 12 maji 1594, aetatis 75 annorum; sepultus in choro ecclesiae suae cathedralis ad dexterum latus sepulturae Ludovici Nivernensis, comitis Flandriae; ubi haec legitur inscriptio : SEPULTURA REVERENDISSIMI DOMINI | D. REMIGII DRIUTII | CASLETANI | BRUGARUM SECUNDI EPISCOPI | CANCELLARII FLANDRIAE PERPETUI | REGIS CATHOLICI IN SUPREMO CONCILIO MECHLINIAE | XII ANNIS CONSILIARII | CUM MUNIA EPISCOPATUS XXIV ANNOS | MENSES SEX EXERCUISSET | CADUCAM HANC VITAM | CUM ALIA FELICIORE COMMUTAVIT | XII MAJI ANNO DOMINI MDXCIV | ORATE PRO ANIMAE ILLIUS REFRIGERIO. |

Remigius Driutius, episcopus Brugensis, condens testamentum 22 decembris 1576, collegium hoc ita promovit et auxit, ut ejus secundus fundator merito dicatur. Fuit collegii hujus non solum a fundatore Michaële nominatus primus patronus cum jure nominandi successorem de sua familia, sed et etiam ejusdem collegii, durante vita, fuit provisor.

Secundus vero collegii hujus patronus, a Remigio episcopo nominatus, fuit Remigius Driutius, juris utriusque licentiatus, filius Mauritii et Mariae Feutz, praenominati praesulis nepos; a quo primus nominatus fuit canonicus graduatus in jure anno 1569, et anno 1570 episcopatus Brugensis officialis, et in absentia praesulis, patrui sui, vicarius. Testamento suo de die 21 augusti 1617 collegium hoc notabiliter auxit, adjectis tribus bursis pro tribus humaniorum literarum studiosis ad collationem domini pastoris de Merckeghem et provisorum collegii. Obiit Brugis 1 octobris 1618, aetatis anno 85°; sepultus ad sanctum Donatianum, prope sacellum sanctissimae Trinitatis sub lapide sepulcrali, juxta fratrem suum Jacobum,

presbyterum, sacrae theologiae baccalaureum formatum, canonicum ejusdem cathedralis, et quondam collegii hujus Driutiani secundum praesidem, cum hoc epitaphio : D. O. M. | ET ADM. REVERENDIS ET SPECTATA PROBITATE VIRIS ET DOMINIS | FRATRIBUS GERMANIS IN HOC COLLEGIO CATHEDRALI CONFRATRIBUS | AC REVERENDISSIMI D. REMIGII DRIUTII, SECUNDI | BRUGENSIUM EPISCOPI NEPOTIBUS HIC SIMUL QUIESCENTIBUS | D° AC MAGISTRO REMIGIO DRIUTIO, PRESBYTERO, J. V. L. | HUJUS ECCLESIAE PER ANNOS 49 CANONICO, ET EPISCOPATUS | BRUGENSIS CIRCITER 48 OFFICIALI, QUI OCTOGENARIO | MAJOR NATURAE DEBITUM SOLVIT KAL. OCT. M.D.C. XVIII | AC D° AC MAG° JACOBO DRIUTIO, PRESBYTERO, S. TH. B. F. | HUJUS ETIAM ECCLESIAE CANONICO, QUI AD FELICIOREM VITAM | COMMIGRAVIT DIE IX KAL. JULII M.D.C.V. | QUIESCENTIBUS AETERNAM SALUTEM LECTOR APPRECARE.

« Venerabilis et eximius vir dominus ac magister Michaël Driutius, utriusque juris doctor et decretorum ordinarius professor, collegiatae ecclesiae sancti Petri Lovaniensis decanus, pro studiosis in artibus, sacra theologia et jurisprudentia, domum suam, quam habebat prope templum sancti Petri, erexit in collegium, certis bonis illi attributis, ex quibus praesidens et, sine certo praefinito numero, tot studiosi plene alerentur, quot annui reditus ferre possent.

» Cujus collegii curam ulteriorem, procurationem et amplificationem, in suum patrocinium suscepit reverendissimus dominus Remigius Driutius, episcopus Brugensis, cujus arbitrio et curae etiam Universitas dictum collegium libenter permittit. Qui nihilominus, durantibus istis calamitosis temporibus, hoc procuravit ad aedificiorum conservationem, ut in hoc collegio continuo fuerit praesidens dominus et magister Jacobus Driutius cum uno bursario, duobus aliis bursariis in Universitate Duacensi aliquo tempore educatis.

» Hujus quoque collegii assignati reditus super oppidis Lovaniensi, Antverpiensi, Mechliniensi et bonis marchionis Berghensis, ac aliis privatis personis, pro totis his turbidis annis insoluti manent. »

(Extrait du rapport sur l'état des collèges de l'Université de Louvain en 1589).

Balduinus Druitius, filius Mauritii, collegiatae beatae Mariae Virginis Brugis canonicus, relicto collegio huic annuo reditu, obiit 2 julii 1620.

Plura de hoc collegio vide in libello, cui tilulus : *Abrégé généalogique de Michaël Drieux*, 1785, vol. in-8°.

Collegium hoc sub praeside suo Jacobo Francisco Van Elstlande, sacrae theologiae licentiato, fere a fundamentis reaedificatum et restauratum fuit anno 1775; et porta, quae erat in platea *het Spierinck-straetken*, translata ad plateam de *Schryn-straet*, eidemque imposita haec inscriptio :

DRIEUXIORUM DOMUS
AB AMPL. D. MICHAELE FUNDATA M.DLIX
A REMIGIO AC BALD. EJUS NEPOT. AUCTA
AB ALIIS PRAESID. EORUM PRONEP. AMPLIATA
RESTAURATUR ANNO MDCCLXXV.

Praesides collegii Driutiani.

I. 1560. Primus collegii hujus praeses, a fundatore in testamento nominatus, fuit MATTHAEUS DE NEUFVILLE, Casletanus, filius Gualteri van Neufville et Laurentiae Drieux, fundatoris Michaëlis sororis, sacrae theologiae baccalaureus formatus, fundatori cohabitans Lovanii et ibidem ad sanctum Petrum capellanus. Ab obitu fundatoris, qui accidit anno 1559, praefuit usque ad annum 1570, quo factus est collegiatae beatae Mariae Virginis Brugis canonicus. Erat adhuc in vivis 22 decembris 1576, uti constat ex testamento illustrissimi domini Remigii Driutii, episcopi Brugensis.

« Rexit a festo Johannis Baptistae 1560. » Ita PAQUOT.

II. 1570. JACOBUS DRIUTIUS, ex Merckeghem Casletanus, magister in artibus ac sacrae theologiae baccalaureus formatus (1), filius Mauritii et Mariae Feutz, fundatoris Michaëlis pronepos, anno 1570 factus est collegii hujus praeses. Ab anno 1587, 7 junii, ad sanctum Donatianum Brugis canoni-

(1) Non erat licentiatus; quod tamen asserit Valerius Andreas.

cus, collegio tamen praefuit usque ad annum 1599. Obiit 23 junii 1605; sepultus in cathedrali Brugensi prope altare sanctissimae Trinitatis, juxta fratrem suum Remigium, cum epitaphio, quod supra transcripsimus.

III. 1599. Hubertus (1) De Moor, Brugensis, anno 1596 in artibus e paedagogio Lilii 7us. Presbyter et sacrae theologiae baccalaureus, post dimissionem Jacobi Driutii factus est anno 1590 collegii hujus praeses (qui, quum extraneus esset, nec de sanguine fundatoris, biennio dumtaxat secundum voluntatem ejusdem et leges collegii rexit, et cessit locum Balduino Driutio), gradumque licentiae in sacra theologia obtinuit. Fuit deinde Brugis ad sanctam Annam secundae, ut vocant, portionis pastor; postea canonicus cathedralis Brugensis (cujus praebendae possessionem adiit 13 junii 1616) et 11 julii 1616 etiam ejusdem cathedralis poenitentiarius. Obiit 8 octobris 1617.

« Eo cedente, praeses designatur 2 octobris 1602 Balduinus Driutius. » Ita Paquot.

IV. 1602. Balduinus Driutius, natus in pago de Merckeghem, postquam biennalem dumtaxat operam dederat jurisprudentiae, factus est hujus collegii praeses. Postea juris utriusque licentiatus et ad sanctum Petrum Casleti canonicus. Anno 1612 fit ad divum Jacobum Lovanii decanus. Insignis collegii hujus Driutiani benefactor.

« Obiit Antverpiae, quo curandi morbi gratia se contulerat, anno 1630, 17 augusti; corpus Lovanium relatum in basilica primaria conditum est ad aram sancti Ivonis. » Ita Paquot.

« Erat filius Guilielmi Drieux et Ludovicae Pauwels, Michaëlis vero Driutii fundatoris abnepos. Testamentum ejus, una cum codicillis, de die 24 julii 1630, apertum fuit 8 augusti 1630; unde hac die vel paucis antea obiit. *Fasti academici* ponunt obitum ad 17 septembris 1630; puto male (2). » Ita Bax.

(1) Lenglé eum vocat Jacobum.

(2) On voit que les biographes ne sont pas d'accord sur la date de la

« Cui 15 septembris subrogatur Balduinus Feutz. » Ita Paquot.

V. 1631. Balduinus Feutz, ex Broxeele Casletanus, filius Remigii et Joannae Smits. Juris utriusque, non autem sacrae theologiae licentiatus, ut in *Généalogie*, p. 7, habetur, et Rollinaci ad sanctum Hermetem canonicus, factus est hujus collegii praeses 16 januarii 1631 uti de familia Driutiana. Anno 1650, mense februario, Academiae rector electus fuit; antea quoque in electione rectoris fuit e facultate artium intrans et decanus. Anno 1649, 31 maji, erat collegiatae sancti Ursmari oppidi Binchiensis canonicus (coram Berckmans). Obiit 27 septembris 1662, insignis in hoc collegio fundator. praesidentiae anno 32°.

« Moritur in collegio 26 septembris 1662; triduo post sepultus juxta decessorem suum. Excipit hunc mense sequenti nepos e sorore Guilielma Petrus Damman. » Ita Paquot.

VI. 1662. Petrus Damman, Mauritii filius, Sancti-Winocibergensis, natus anno 1634; anno 1652, in artibus e paedagogio Lilii sextus promotus, in collegio Driutii theologus, sacrae theologiae licentiatus, primum a 5 januarii 1658 in paedagogio Liliensi philosophiae secundarius, et dein anno 1661, mense julio, primarius professor; quem professoratum tantum dimisit 1 maji 1672. Electus est 29 octobris 1662 collegii hujus Driutiani praeses in locum avunculi sui, et anno 1685, mense februario, Academiae rector. Fuit et nominatione academica metropolitanae Cameracensis canonicus, ad haec in divi Petri Lovanii primae fundationis canonicus, et apostolicus ac regius librorum censor. Condito testamento 6 octobris 1688, per quod reliquit fundationem amplissimam 18 circiter bursarum pro philosophiae studiosis in paedagogio Lilii ac dein pro theologiae studiosis in collegio majori theologorum, vel pro juris studiosis in collegio hoc Driutiano

mort de Baudouin Drieux. Paquot la place au 17 août 1630, tandis que Bax semble vouloir l'assigner au 7 du même mois.

(coram C. J. Essingh, notario), in hoc obiit 12 novembris 1692,longis apoplexiae doloribus, secuta epilepsia,exhaustus. Sepulturam elegerat in ecclesia divi Petri prope altare sancti Ivonis juxta avunculum suum Balduinum Feutz, J. U. licentiatum et in praesidentia antecessorem. Epitaphium non inveni. Anno 1690 vexarum pertaesus una cum mordacibus curis hoc munere praesidis se ipse abdicaverat.

« Anno 1672 apostolicus ac regius librorum censor, eaque ratione canonicus in divi Petri. Rector Academiae praefuit anno 1685, eique multos impendit labores, sanioris doctrinae ac summorum pontificum auctoritatis vindex studiosissimus. Idem plurium collegiorum administrationi, provisoris titulo. intendit. Extremis tabulis 16 octobris 1688 et 6 aprilis sequentis anni conscriptis facultates suas aliquas consanguineis, multo plures piis caussis addixit. Apoplexia primum tactus, collegii regimen abdicavit 16 aprilis 1690; tum epilepsia exhaustus e vita demigravit anno 1692, pridie idus novembris; qua die illi succedit, qui collegium a 18 aprilis 1690 administrabat Joannes Sullivane. » Ita Paquot.

VII. 1692. Joannes Sullivane, Donkieranensis Hibernus, anno 1657 in artibus e paedagogio Porci quintus ; anno 1672 collegii Hibernici praeses; et anno 1682 sacrae theologiae doctor. Constitutus fuit anno 1692 collegii hujus praeses. Praesidentiam anno 1695, cum alius de consanguinitate esset idoneus, dimisit et rediit ad praesidentiam collegii Hibernici. Obiit anno 1701, aetatis 66 annorum, postquam praesidentiam collegii Hibernici anno 1697 dimisisset.

« Cedere loco debuit, eique decreto senatus Brabantiae 25 septembris 1694 substitutus est Aegidius Vynck. » Ita Paquot.

VIII. 1695. Aegidius Vynck, vel De Vinck, Casletanus, Georgii et Barbarae Bornisien filius, anno 1689 in artibus e paedagogio Lilii 43^tus^ promotus, dein J. U. licentiatus ; factus anno 1695, aetatis tum 23 annorum, collegii hujus praeses, Postea anno 1701, resignante Jaimez, promoto ad munus consiliarii in concilio privato, factus est professor ad Insti-

tuta; quam professionem deinde dimisit, successoremque nactus est Aegidium Franciscum Streithagen, postea cancellarium Brabantiae. Mense augusto 1736 et februario 1737 Academiae rector electus fuit.

Fuit collegii hujus benefactor insignis et in eodem fundator. Obiit anno 1740, aetatis 73°, praesidentiae 45°.

« Regimen collegii capessivit anno sequente (id est 1698) viii kalendas apriles, eo quod senatus Brabantiae Sullivanio dimidium annum concessisset ad rationes suas reddendas. De Vinckio pluribus egi, cum juris professores recenserem. Excessit e vivis anno 1740, iv kalendas februarii, et collegium, quod novo ac praecipuo aedificio ampliarat, haeredem instituit. Ei succedit eodem anno L. F. Lenglé. » Ita Paquot.

IX. 1740. Ludovicus Ferdinandus Lenglé, natus Casleti anno 1712. In gymnasio Aquicinctino Duaci, cui patres Societatis Jesu praeerant, anno 1731 in artibus primus renuntiatus fuit. Inde collegio huic Driutiano, uti consanguineus, inter sacrae theologiae studiosos adscribitur, et licentiae laurea 9 martii 1737 condecoratur. Canonicatum in patria obtinuit, in quo per biennium resedit, dum anno 1740 Lovanium revocatus et collegio huic praeses datus est. Anno 1743 sacrae theologiae doctor creatur. Obiit 17 decembris 1765, circa medium quintae matutinae, acutissimis ac diuturnis calculi doloribus attritus, et acerbissimam lithotomiam invicta patientia perpessus; insignis collegii hujus benefactor et in eodem fundator. Sepultus est ad divum Petrum, in coemeterio communi. Vide sacrae theologiae doctores.

« Postea sacrae theologiae doctor et professor ordinarius. Obiit vir piissimus 17 decembris 1765 ex calculi morbo et gangraena succedente, sectus die 14 vel 15 ejudem mensis ab Insulensi chirurgo domino de Chastenet; sepultus die 19 in coemeterio e regione arae divo Ivoni sacrae, summo Academiae, urbis, etc., desiderio ac damno. » Ita Paquot.

X. 1765. Jacobus Franciscus Van Elstlande, natus in Dranoultre, dioecesis Iprensis sub ditione Austriaca, circa an-

num 1731; anno 1750 in artibus e paedagogio Lilii 44tus promotus; deinde factus pastor in Dickebusch, dioecesis Iprensis. Anno 1765, 23 decembris, electus fuit collegii hujus praeses, gradumque licentiae in sacra theologia 30 junii 1767 adeptus est. Sub eo, anno 1775, collegium hoc reaedificatum et restauratum est, ita ut elegantia structurae et commoditate nulli collegio cedere debeat.

Anno 1798, 18 decembris, aetatis 67 annorum, obiit in parochia divi Quintini Lovanii, in domo habitationis suae, cum collegium suum communem cum aliis collegiis sortem expertum esset sub regimine nationis Gallicae; sepultus est in coemeterio parochiae de Heverle juxta Lovanium.

Lectores collegii Driutiani.

En nomina illorum, quorum notitia ad nos pervenit:

1. *Petrus Jacobus Du Fort,* ex Ledeghem, philosophiae olim auditor in paedagogio Lilii, sed hujus collegii Driutiani incola; sextus inter artium magistros promotus anno 1739. Anno 1746 licentiatus sacrae theologiae, ejusdemque jam antea lector in Heverleensi Coelestinorum coenobio, postea parochus in Ingelmunster.

2. *Joannes Baptista Fighé,* Antverpiensis, antea paedagogii Liliensis alumnus et anno 1742, idibus novembris, septimus in scholis artium renuntiatus; subinde vacantiarum prior et anno 1750 sacrae theologiae licentiatus. Mox ad lectoris officium hujus collegii Driutiani e collegio Petri Van Dale assumitur. Postea etiam jurisconsulti, id est juris utriusque licentiati, titulum accepit. Circa annum 1750 in patriam revocatus, prius sacrae theologiae docendae in episcopali seminario admotus, postea pastor begginagii Antverpiensis constitutus est et librorum censurae addictus. Obiit in urbe patria 1 martii 1791. Cui successit

3. *Philippus Franciscus Van Haesendonck,* ex Leeuwis sancti Petri. Fuit is anno 1730 inter artium magistros 30us e

Falcone promotus. Inde consanguinitatis jure adscriptus collegio Malderiano, ubi sacrae theologiae licentiati titulo condecoratus est.

4. *Petrus Jacobus Marant*, ex Bavinchove Casletanus, postea sacrae theologiae doctor et professor, in hoc collegio Driutiano theologiam docuit circa annum 1769.

Fundationes bursarum in collegio Driutiano.

Benefactores hujus collegii recensentur :

1. *Remigius Driutius*, officialis Brugensis, filius Mauritii et Mariae Feutz.

2. *Balduinus Driutius*, collegii praeses, qui illud ex asse haeredem instituit.

3. *Balduinus Feutz*, itidem praeses, qui amplam fundationem pro bursis reliquit, ad quas, post consanguineos ipsius, vocantur oriundi ex oppido et agro Casletano, ex oppido et agro Winocibergensi. Conferunt eas consanguinei.

4. *Petrus Damman*, et ipse praeses hujus collegii, legavit eidem sacram suam supellectilem sub onere duarum per annum missarum. Idem, patrimonio cognatis relicto, amplam extra collegium fundationem volantem, ut loquuntur, instituit, qua fruuntur ejus consanguinei et oriundi ex oppido et agro Winocibergensi. (Testamentum diei 16 octobris 1688, coram Essingh, notario, et 6 aprilis 1689, coram eodem).

Cum autem hi duo, scilicet Balduinus Feutz et Petrus Damman, de stirpe fundatoris nati sint, ad eorum fundationes jus habent hujus quoque consanguinei.

5. *Aegidius De Vinck*, collegii itidem praeses.

6. *N..... De Coster*, pastor in Bambeke, circa annum 1750 hebdomadarium sacrum in collegio fundavit.

Etat actuel des revenus des fondations annexées autrefois au collège de Drieux (1).

Fondations administrées par la commission provinciale du Brabant.

Fondateurs.	Revenus. Frs.	Ces.
1. Damman (Pierre)	1383	03
2. Drieux (Baudouin). 3. Drieux (Michel), fondateur du collège, 4. Vinck (Gilles De). . . .	3755	03
5. Drieux (Remi).	193	00
6. Feutz (Baudouin).	104	25
7. Lenglé (Louis-Ferdinand)	102	75

Note complémentaire pour l'histoire du collège de Drieux.

A la suppression de l'Université en 1797, les bâtiments du collège de Drieux ne furent pas aliénés par le prytanée de Saint-Cyr ; ils devinrent, par conséquent, plus tard la propriété de la ville de Louvain. Ces bâtiments, qui existent encore de nos jours, sont ceux qui furent construits en 1775 par les soins du président Van Elstlande.

« En 1800, dit M. Van Even, quelques artistes adressèrent une pétition au maire de Louvain à l'effet d'obtenir un local pour y établir une école des beaux-arts. Un arrêté du maire, en date du 14 octobre, leur accorda l'usage provisoire de la salle de la ci-devant décanie. L'école y fut ouverte sous la conduite de J.-P. Geedts, professeur de dessin, et C.-F. De Rare, professeur d'architecture. Le peintre P.-J. Verhagen avait bien voulu accepter le titre de directeur honoraire.

(1) Dans ce tableau nous indiquons les revenus actuels des anciennes fondations d'après le compte de l'année scolaire 1879-1880.

L'institution eut le succès qu'on était en droit d'en espérer. Au bout de quelques mois, le local était devenu trop petit pour placer tous les élèves qui se présentaient. En 1801, l'académie fut transférée de la salle de la décanie au collège de Drieux, qu'elle occupe encore actuellement. Geedts dirigea l'école pendant 34 ans. En 1834, elle subit une réorganisation complète. Alors la direction en fut confiée à M. L. Mathieu. Le 24 février 1835, le conseil communal ajouta une école de musique, école qui fut complétée en vertu d'une résolution du 17 mars 1834. L'académie occupe les deux étages et le rez-de-chaussée des ailes du collège de Drieux. » *Louvain monumental*, p. 301.

La *Société de lecture*, fondée en 1801, est installée, depuis son origine, dans la plus grande partie du rez-de-chaussée de l'ancien collège de Drieux.

11. Collège de Van Dale, dit aussi d'Anvers et d'Alost.

Ce collège, situé dans la rue *de Namur* au point culminant de toute la ville, a été ainsi appelé du nom de son fondateur Pierre Van Dale, d'Anvers, chanoine de la cathédrale de sa ville natale et doyen de la collégiale de Saint-Martin à Alost. Il a aussi été désigné parfois sous le nom de collège d'Anvers ou d'Alost, parce que les jeunes gens originaires de ces deux villes étaient appelés, avant tous autres, à la jouissance des bourses. Les étudiants pouvaient suivre les cours soit de philosophie à la pédagogie du Porc, soit de théologie ou de droit aux halles.

Pendant près de deux siècles, ce collège paraît avoir surpassé en beauté et en grandeur tous les autres établissements universitaires du même genre ; les souverains et les gouverneurs généraux avaient l'habitude d'y descendre lorsqu'ils s'arrêtaient à Louvain. Il ne perdit cette supériorité que vers le milieu du XVIIIe siècle, lorsqu'on reconstruisit avec un luxe extraordinaire plusieurs des anciens collèges.

Collegium Dalense alias Antverpiense.

Petrus Van Dale, filius Arnoldi, jurisconsulti necnon toparchae domus Ten Dale, et Gertrudis Terlinx, filiae Gerardi et Josinae de Liere, natus Antverpiae anno 1504, J. U. doctor, toparcha de Berlaer, Gestel, Putte et Beersele, cathedralis ecclesiae beatae Mariae Virginis Antverpiae canonicus, et decanus collegiatae Alostanae sancti Martini, Turonensis episcopi, dictae etiam sancti Gaugerici, eo quod capitulum

ex ecclesia sancti Gaugerici in pago vicino de Haeltert anno 1495 Alostum translatum est. Vir non tam opibus, quas a parentibus amplissimas consecutus erat, quam recto carum usu laudandus, atque imprimis eximia quadam liberalitate, qua complurium civium suorum laborantem fortunam sublevavit afflictamque erexit; atque, ut ad posteros quoque beneficentiae illius manaret utilitas, motus Arnoldi, patris sui, exemplo, qui in testamento suo centum florenos annuos in pauperum studiosorum subsidium legaverat, majori pietate ductus, ex domo sua cum amplissimo fundo adjacente anno 1569 insigne hoc collegium alendis sui sanguinis et patriae atque Alosto oriundis studiosis duodecim, primo artium ac philosophiae in gymnasio Porcensi, inde sacrae theologiae vel jurisprudentiae, excitavit tanto quidem peristyliorum apparatu et structurae magnificentia, ut serenissimis Belgarum ducibus seu principibus eo divertentibus hospitium olim praebere soleret.

Voluit fundator, ut omnes bursarii uterentur longa talarique veste. Ipsemet fundator annis aliquot pro arbitrio collegium suum administravit; quique dein praefuerc et collegium administrarunt, plerumque fuerunt vel theologiae vel jurium baccalaurei; ita enim jussit idem fundator, vetuitque praesidem institui licentiatum aut doctorem aliquem, qui ob studiorum forte occupationes minus intendere collegii negotiis posset.

Institutores vero provisoresque sunt duo : alter sacrae theologiae, alter juris alterutrius doctor ac professor, uterque senior suae facultatis; patroni autem benefactoresque collegii Grimbergae barones, nunc comites.

Collegium hoc a fundatoris nomine *Dalense* dictum, a loco ejus nativitatis alias *Antverpiense* dicitur.

Anno 1574, praedictus fundator transegit cum capitulo Antverpiensi sic, ut duo chorales capituli cathedralis Antverpiensis in collegio suo haberent perpetuo praeferentiam ad duas bursas, et capitulum eum absolveret a residentia propter senium; erat autem tunc 70 annorum. Actus notarialis desuper confectus asservabatur olim in archivis capituli

Antverpiensis. Vide Diercxsens, *Antverpia Christo nascens et crescens*, V, p. 113.

Vivere desiit fundator Antverpiae 1 januarii 1582; translatus inde Lovanium ad sacellum sui collegii, ubi ad monumentum sepulcrale (1) hoc legitur epitaphium :

D. O. M. ET P. M.
R. viri PETRI van DALE Arnoldi F.
JC. Decani Alostensis, Canonici Antverp.
Toparchae in Ballaer, Ghestele, Putte, Beersele
Qvi in lavta re et svpra privatvm modvm
Modeste, provide, pie ea vsvs
Collegivm hoc institvit, vectigalibvs instrvxit
alendæ in bonvm pvblicvm Ivventvti
Natvs Antverpiæ Anno cIↃ. IↃ. IIII!. Ibidem obiit cIↃ. IↃ. LXXXII.
Hic monvmentvm habet ossib. eivs voluntate translatis
Vt anima eivs in beatas sedes tv apprecare
Pie Lector.

« Ad sarcophagum, qui extabat in medio sacelli choro legebatur : d. o. m. et p. m. | D. Petri Van Dale | fundatoris obiit cIↃ. IↃ. LXXXII, 1a januarii. In eodem lapide insculpta aeri illius, quae et collegii, insignia : Scutum transversim sectum : superne aureum, ubi vir silvestris, clava armatus, dimidiato corpore; inferne nigrum, tribus stellis aureis (2 + 1) distinctum. Ejusdem effigies picta, et duplex quidem, adversatur in collegio. Sacellum dicatum est beato Petro ad Vincula. » Ita Paquot.

(1) Le monument du chanoine Pierre Van Dale existe encore aujourd'hui dans le chœur de l'ancienne chapelle du collège. Il se compose, comme la plupart des petits monuments funéraires du XVIe siècle, d'une partie rectangulaire couronnée d'un fronton. Devant la partie rectangulaire, où sont figurés en bas-relief un dais et des draperies, on voit la statue du fondateur agenouillé. Les pieds-droits de l'encadrement sont formés chacun par une figure de femme ayant sans doute une signification allégorique, car aux pieds de l'une d'elles se trouve une tête de mort. Sur les rampants du fronton triangulaire sont couchés deux petits génies, et une figure d'homme, symbole de la résurrection, surmonte le sommet.

Reverendus et venerabilis dominus et magister Petrus Van den Daele, utriusque juris doctor, canonicus Antverpiensis, occasione testamenti quondam domini Arnoldi Van den Daele, sui patris, quo pro pauperibus studiosis centum florenos annuos legaverat, zelo majoris pietatis motus, comparata domo et amplo fundo apud et citra interiorem portam sancti Quintini, eoque splendidissimis aedificiis ampliato et ornato, in anno Domini 1569 erexit collegium pro uno praesidente, duodecim bursariis, partim in theologia, partim in utroque jure atque etiam in artibus operam daturis, uno portario et ancillis duabus. Quod quidem collegium fundator ipse in vita sua ad effectum perduxit; certis annis pro suo arbitrio hos praesidentem, bursarios et familiam aluit.

Tandem fundator per suum testamentum et codicillis dicto collegio providit et provisum esse voluit de mille florenis annuis, assignando illi imprimis in villa de Herent unam villam seu coloniam in reditu annuo aestimatam trecentis florenis; item unum molendinum, necnon aliam quamdam domum in oppido Lovaniensi; item reditum centum florenorum, quem debet vetus collegium sagittariorum Antverpiae; item reditum ducentorum florenorum, quem debet dominus de Bremaigne et quaedam alia. Quae omnia testator instar aestimationis taxari voluit, et inde constitui dictos mille florenos annuos; ad quorum supplementum, si quid deesset, voluit per suos haeredes et executores ex aliis suis bonis suppleri.

Et quia, supervenientibus istis turbis et dicto fundatore in oppido Antverpiensi retento, idem fundator animadvertens per turbida haec tempora collegium per bona illi assignata interteneri non posse, et praeterea quod fundi et aedificia illius interea deteriorari possent, et dicta assignata bona multis reditibus et oneribus essent obnoxia, per suos codicillos voluit, quod omnia haec assignata bona per suos haeredes et executores ex apparentioribus ipsius bonis exonerarentur et in eo statu ponerentur, quo erant ante has turbas, et quanto minus interea collegium ex assignatis bonis perciperet seu percipere possit, inde suppleretur.

Hic dominus fundator mortuus est in anno 1581 (*stylo veteri*) et Lovanium translatus in capella sui collegii sepultus.

Eo tempore dicti collegii praesidens erat dominus Cornelius Huselmans, ab ipso testatore institutus, qui gravi et sumptuoso praesidio militari pressus, in languorem animi incidit, et ex hac vita decessit, diffugientibus omnibus bursariis, exceptis tribus, qui aliquo adhuc tempore retenti sunt, sed postea dimissi, et nulli alii post hoc per patronum hujus fundationis (qui est dominus de Lilloe, ex fratre fundatoris nepos) praesentati aut admissi.

Sed tamen constitutus praesidens dominus et magister Bartholomaeus Ingels, presbyter, et post eum triennio dominus Wolffgangus Osualdi, qui huic praesidentiae in fine decembris novissime praeteriti renunciavit ; ita quod haec praesidentia nunc vacet et expectetur alterius praesentatio ; ita ut in praesenti in collegio sit sola famula ad illius custodiam.

Villa, quae in Herent sita est, totis his annis inculta et deserta jacuit et adhuc jacet ; in qua nondum consultum est tam in reparationibus aedificiorum quam fundis reducendis ad culturam aliquam impensam facere, ob id quod nimium exposita sit licentioso discursui militum et incursui hostium.

Reditus ille ducentorum florenorum a domino de Bremaigne omnibus his annis insolutus manet, conditione debitoris illius praesertim propter captivitatem apud hostes multum in deterius mutata.

Per provisores collegii superiore anno tractatum est de hujus collegii restitutione tam quoad bursarios quam exonerationem bonorum et reparationem aedificiorum, et ex ea tractatione inter eosdem haeredes et executores convenit, quibus modo et forma restitutio fieret per solutionem mille florenorum annuorum tantisper, dum dicta restitutio plenarie facta erit. Sed quoniam haec res haeredibus longiorem tractum habitura videbatur, constituerunt dicti haeredes quaerere et invenire rationem, qua celerius praedicta exoneratio et restitutio fiat. Cujus effectum provisores propediem expectant ; et si eorum expectatio frustrabitur, officio suo non

deerunt, ad hoc omnino laborantes, ut dictum collegium ad suam debitam formam et effectum reducatur.

Consultum putaverunt domini provisores cum domino Davide Sexagio, quoad hanc fundationem executore testamenti, ita cum haeredibus benignè agere potius quam illis odium adversus hanc fundationem excitare, et illis aliquo modo sic indulgere ob gravissimas eorum querelas de inexpedita perceptione emolumentorum ex reliquis bonis dicti fundatoris propter haec bella, multis bonis et reditibus per rebelles confiscatis, ac deniqne multis adhuc incultis jacentibus.

Provisores hujus collegii constituti sunt senior professor sacrae theologiae et senior professor facultatum juris canonum vel juris civilis, qui primi fuerunt et adhuc sunt dominus Michaël du Bay et dominus Joannes Wamesius.

(Extrait du rapport sur l'état des collèges de l'Université de Louvain en 1589.*)*

Portae hujus collegii imposita adhuc hodie legitur inscriptio (1) :

COLLEGIV̄ D. P. VÃ DALE

Hortus collegii hujus se extendit usque ad portam veterem seu interiorem oppidi Lovaniensis dictam *Wolfs-Poorte*, quae anno 1779 demolita fuit, et par luporum, quod portae huic imminebat, translatum in parietem contiguum dictae portae, quam collegium hoc Dalense construi curavit, cum hac

(1) Dans le tympan du fronton semi-circulaire de cette porte on lit le millésime 1668. Le style architectonique de l'édifice, qui dénote évidemment le milieu du XVIe siècle, ne nous permet pas de voir dans ce millésime la date de la construction de la porte, ni des bâtiments qui longent la rue *de Namur*. Il se rapporte peut être à un embellissement de la façade; ou, plus probablement à notre avis, il est le résultat d'une restauration maladroite faite à une époque peu éloignée de nous, et par laquelle le nombre 1668 a été substitué à celui de 1568 qu'on y lisait primitivement.

inscriptione, dictata ab eximio domino Van de Velde, sacrae theologiae doctore : « LUPORUM PAR, QUOD PORTAE | LUPINAE HUIC OLIM LOCO | CONTIGUAE, ANTEQUAM | SENATUS JUSSU ABHINC | BIENNIO DESTRUERETUR | IMMINEBAT, IN HUNC PARIETEM | OB MEMORIAM TRANSLATUM. FUIT AN. DOM. MDCCLXXXI. | COLLEGIUM DALENSE.

In testamento Pauli Van den Dale, toparchae de Lillo, etc. vidui Annae Cocquiel, fratris Petri, fundatoris hujus collegii (24 junii 1595, coram Wamel) enumerantur ipsius proles, nempe : Petrus, eorum filius natu minor; Maria, quae nupsit Melchiori Groenenborgh ; Anna, quae nupsit Paulo Van Ghemaert; Margareta, quae nupsit Alardo de Lanoye; Lucretia, quae nupsit Hieronymo Boote, toparchae de Wesenbeke, Ophem, etc.

Antverpiae apud reverendos patres Minores, supra ostium sacristiae, olim visum fuit monumentum ex marmore, in quo duae statuae flexis genibus nobilem dominum Arnoldum Van Dale cum uxore repraesentabant, hoc adscripto epitaphio : D. O. M. ARNOLDO VAN DALE, CIVI, MERCATORI ET OLIM INCLYTAE HUJUS URBIS QUAESTORI, GERTRUDIQUE TERLINX CHARISS. CONJUGI, PARENTIBUS OPT. MER. LIBERI MONUMENTUM HOC AMORIS ET PIETATIS CUM LACRYMIS POSS. VIXIT ILLE ANN. LXXXVI. OBIIT ANNO DNI MDLVIII XXV APRILIS. HAEC VERO VIXIT ANN. XLIX. OBIIT ANNO DNI MDXXIX, QUINTA MARTII.

Praesides collegii Dalensis.

I. Primus collegii hujus, postquam fundator illud pro arbitrio suo annis aliquot administrasset, ab eo institutus fuit CORNELIUS HULSELMANS, vulgo *Jossens* dictus, ex Bladel, Campiniae vico, Guilielmi, sacrae theologiae doctoris, germanus. Praefuit vivente adhuc fundatore (1).

II. BARTHOLOMAEUS ANGELUS, vulgo *Engels* vel *Ingels*, successor datus Cornelio Hulselmans et constitutus fuit praeses

(1) Bax met en marge l'annotation : *Vide* BACHUSIUM. II, p. 180. Nous ignorons quel recueil il a voulu désigner par ces mots.

a collegii patrono anno 1581, ut *Fasti* habent p. 313. Vivebat tunc adhuc fundator (1). Verosimiliter idem est ac ille, qui inter regentes paedagogii Falconis nominatur Bartholomaeus ab Angelis, Lovaniensis, quique, cum gradum licentiae in sacra theologia obtinuisset, praesidentiam collegii hujus Dalensis demittere juxta fundationem debuit, ac deinde anno 1587 factus est professor ethices christianae; tum anno 1588 regens Falconis et anno 1589 pastor in Beveren Wasiae, ibidemque obiit 20 aprilis 1610, aetatis 62, pastoratus 20 annorum. Sepultus in ecclesia cum epitaphio.

III. Wolfgangus Oswaldus, seu rectius Osualdi, factus praeses anno 1585, paulo ante 30 julii. Hic ob militum praesidiariorum insolentiam collegii administratione se abdicavit mense decembri 1588 (2).

IV. Marcus Van den Wouwere, Bruxellensis, J. U. baccalaureus et ad divum Petrum Lovanii canonicus, constitutus fuit collegii hujus quartus praeses. Obiit 23 maji 1617; sepultus in divi Petri Lovanii ante altare sanctorum Crispini et Crispiniani cum hac inscriptione : Venerabili viro D. ac M. | Marco Van den Wouwere Bruxellensi | canonico hujus ecclesiae annis | 40 mortuo anno 1617 maji 23 sepulto hic ex opposito.

V. Adamus a Ghoir seu a Goer, Zysdorpius, Sisdorpius vel Siersdorfius (sic dictus a pago non longe Colonia Agrippina distante), J. U. baccalaureus et clericus dioecesis Monasteriensis; erat 11ª octobris 1586 pastor seu rector ecclesiae parochialis de Wilderen Leodiensis dioecesis (haud procul ab oppido sancti Trudonis), ut constat ex *Actis*. Praeses

(1) Il semble résulter du *Rapport sur l'état des collèges de l'Université de Louvain en* 1589, dont nous avons publié ci-dessus, p. 232-234, l'extrait relatif au collège de Van Dale, qu'Hulselmans était encore président au moment de la mort de Pierre Van Dale, et qu'Engels ne devint président que vers la fin de l'année 1582 ou même au commencement de l'année suivante.

(2) Bax ajoute : *Vide* Bachusium, II, p. 197.

hujus collegii 24 octobris 1602, et ad divum Petrum Lovanii canonicus. Condito testamento die 11 augusti 1616 coram Hermans, obiit 10 martii 1625 (1).

VI. Arnoldus Van der Gheest, Bruxellensis, sacrae theologiae baccalaureus, ad divum Petrum Lovanii canonicus et et presbyter, factus est collegii hujus praeses anno 1625. Condidit testamentum 27 aprilis 1639 coram Boyens, per quod reliquit capitale 2500 florenorum cambialium pro fundationem bursae in collegii majori theologorum in favorem philosophiae vel theologiae studiosi, cujus praesentatio hisce temporibus est penes dominum Proost de Voorselaer. Erat adhuc praeses (coram Leunis) 6 novembris 1641; obiit verosimiliter anno 1643. Vide 1644, 21 junii, coram Berckmans.

VII. Petrus Ghiffene vel Van Ghiffene, Rothnacensis, forte frater vel cognatus Laurentii Ghiffene, anno 1613 in artibus primi et dein paedagogii Liliensis professoris. Matriculae Universitatis inscriptus 20 decembris 1621; literas humaniores in collegio Vaulxiano a 18 februarii 1627 ad 16 augusti 1633 docuit; 5 januarii 1630 ad concilium facultatis artium admissus fuit; ex qua facultate erat in electione magnifici domini rectoris annis 1645 et 1649 intrans. Insuper sacrae theologiae baccalaureus formatus et collegii hujus praeses. Valerius Andreas, in *Fastis*, et Vernulaeus, in *Academia*, eum dicunt juris utriusque baccalaureum. Anno 1633, 29 maji, canonicatum in collegata Aëriensi in Artesia obtinuit; dein et alium in collegiata sancti Jacobi Lovanii.

« Erat praeses 3 aprilis 1655 et 26 novembris 1653. Obiit anno 1656. » Ita Paquot.

Videtur factus praeses collegii hujus 5 aprilis 1643, et in eo munere (coram Berckmans) adhuc agebat 26 novembris 1653. Obiit que in hoc collegio anno 1656 vel 1659.

VIII. Guilielmus Van der Horst, sacrae theologiae baccalaureus formatus, ad divum Petrum Lovanii canonicus et

(1) Bax ajoute : *Vide* Bachusium, II, p. 224.

scholasticus, presbyter; ad concilium facultatis artium admissus, anno 1660, mense februario, erat intrans, et 1664, mense februario, intrans et decanus ex eadem facultate in electione rectoris magnifici. In praesidentia collegii hujus successor datus est Petro van Ghiffene anno 1656 vel 1659.

«Antea pagi de Uccle haud procul Bruxella pluribus annis parochus; scholarcha ad divum Petrum tertio nonas martiis 1661 electus, hanc spartam egregie ornavit, solitus piis munusculis pueros ad sapientiae studium accendere. Idem ad concilium facultatis artium assumptus est, cujus decanus erat anno 1664, cum Georgii Lipsii typis recudendum suis sumptibus curavit Didaci Stellae, Minoritae, *Contemptum vanitatum mundi*, in-16°, gratis distribuendum. E vivis excessit anno sequenti; tumulatus ad divum Petrum decimo sexto kalendas julii.» Ita Paquot.

IX. Franciscus Ryssels, Reyssels seu Reysels, Bruxellensis, filius Henrici, nepos vero Francisci Ryssels et Catharinae Segers, id est avi et aviae (coram Heusden, 12 martii 1660). Anno 1660 et deinde 1661 et 1662 possessionem adierat professionis eloquentiae christianae et canonicatus secundae fundationis divi Petri Lovanii, sed sine effectu; presbyter, canonicus ad sanctum Jacobum Lovanii, ac post Jacobum Van Santvoort, defunctum 3 maji 1663, ejusdem collegiatae decanus; factus collegii hujus praeses 8 julii 1665, uti scribit Paquot, *Mémoires*, éd. in-8°, XV, p. 243; vel, uti coram Tordoir 19 decembris 1665, praesidentiam a patrono accepit 1665, 5 decembris. Obiit 8 octobris 1677.

«In praesidentem electus octavo idus julii 1665. Sententia concilii Brabantiae provisionaliter *installé* (puto ad praesidentiam) 17 decembris 1666 (coram Waterfort).» Ita Paquot.

X. Hubertus Vanden Berghe, Thenis e spectabili, nobili ac nunc etiam illic florente familia ortus, baptizatus 1 maji 1648, filius consultissimi domini Dionysii, oppidi Thenensis pensionarii, et Annae Van den Roye; ibidem ad sanctum Germanum canonicus, factus est praeses 24 decembris 1677; tum anno 1679, post dimissionem domini Van Beringen,

collegatae sancti Jacobi Lovanii decanus, eoque nomine archidiaconus et officialis Incuriensis et quatuor pagorum etc.; nec non judex synodalis dioecesis Mechliniensis. Ad haec fuit Ursulinarum Lovanii director. Obiit 26 decembris 1704, post acutissimos hydropis et gangrenae dolores; sepultus in ecclesia sancti Jacobi ad altare sancti Huberti cum epitaphio.

«Antea ad divum Germanum in urbe patria canonicus et cantor, postea ad sanctum Jacobum, cujus ecclesiae decanus eligitur anno 1679. Is ruentem in praeceps domum Van Dalicam non tantum vindicavit a certissimo interitu, sed et moriens liberam ac florentem reliquit. Relatus ad suam ecclesiam,depositus est in sacello sancti Huberti, patroni sui, ubi lapidi caeruleo insculptum : D. O. M. | MEMORIAE | R^di ADM. PRAENOB. AC AMPL^mi V. D. | D. HUBERTI VAN DEN BERGHE | EX PERANTIQ^a ET PRAENOB. FAMILIA | VAN DEN BERGHE APUD THENENSES | QUI COL^gii DAL^sis PER ANNOS 27 | PRAESES, ADMINISTRATOR | RESTAURATOR, HUJUS COLLEGIATAE | ECCLESIAE PER ANNOS XXV | DECANUS | QUIES PRAEFUIT OFFICIO | PRAEIVIT EXEMPLO | IN DIVINIS OFFICIIS ASSIDUE | PRIMUS ET ULTIMUS | OBIIT DIE 26 MENSIS DECEMBRIS ANNI 1704 | R. I. P.

XI. JOANNES FRANCISCUS LANDELOOS, Thenensis, natus anno 1665, filius Germani Landeloos, medici Thenensis, et Catharinae Van den Berghe, Huberti Van den Berghe, decani sancti Jacobi et collegii hujus praesidis, sororis, ad sanctum Germanum Thenis canonicus, ab anno 1680, praebendae subdiaconalis; ante tempus seu cum dispensatione in aetate presbyter, primitias celebravit in paschate 1688; anno 1697 decanus ad sanctum Germanum et protonotarius apostolicus. Erat anno 1705, dum factus est praeses, adhuc ad sanctum Germanum decanus. Inscriptio carminis hac occasione editi haec est : *Joanni Francisco Landeloos ad S. Germanum Thenis decano, collegii Dalensis praesidi.* CORONEMVS LANDELOOS (1705). Collegium ut pater rexit, pacis et concordiae aemulus. Obiit 6 julii 1742, aetatis 76 annorum.

«Huic collegio, flagrante bello, praefectus, annis prope

duodequadraginta id rexit; mortuus demum anno 1742, pridie nonas julii, ac sepultus in choro ad sanctum Quintinum. Effigies picta, quemadmodum et superioris, adservatur in collegio. » Ita Paquot.

XII. Gaspar Franciscus Hillema, Mechliniensis, filius Christiani Hillema, consiliarii et assessoris montis pietatis, scabini, thesaurarii et eleemosynarii oppidi Mechliniensis, defuncti 22 aprilis 1726, aetatis 58 annorum, et Mariae Brants, defunctae 5 maji 1747, aetatis 75 annorum; in artibus anno 1729 promotus titulo defensionis; sacrae theologiae baccalaureus formatus, presbyter et divi Petri Lovanii primae fundationis canonicus. Praecedenti praesidi primum coadjutor datus, dein factus est anno 1742, post obitum D. Landeloos, collegii hujus Dalensis praeses. In quo obiit 30 junii 1762 ex sanguine corrupto cancro; sepultus in coemeterio minori ad sanctum Petrum Lovanii, sine epitaphio.

In sui memoriam reliquit anniversarium, nec non statuam Joannis Nepomuceni in divi Petri erectam inter altare beatae Mariae Virginis et organum, cum hac inscriptione : d. o. m. | divo | Joanni Nepomuceno | Gaspar Franciscus | Hillema | Mechliniensis | presb. | hujus eccl. canonicus | coll. Dalensis praeses | d. d. c. q. | Obiit ult. junii mdcclxii. | R. I. P. (1).

«Natus 7 aprilis 1708... praebendam majorem ad divum Petrum nactus est tertio kalendas junii 1744. Vitiato gangraena corpore, post diros cruciatus e vita sublatus est 30 junii 1762. » Ita Paquot.

XIII. Antonus Dominicus Mosselman, Bruxellensis, natus 23 augusti 1733, filius Hieronymi quondam e nationibus consulis oppidi Bruxellensis ac oppidi ejusdem quaestoris, et Isabellae Lauwereys; promotus in artibus anno 1756 e Falcone titulo defensionis; sacrae theologiae baccalaureus formatus et presbyter, factus est 7 julii 1762, collegii hujus praeses, eodemque mense in possessionem missus est. Obiit in suo collegio 7 decembris 1780, postquam praesidentiam

(1) Cette statue et l'inscription existent encore aujourd'hui.

uno alterove die ante obitum dimisisset; sepultus est ad divum Quintinum.

XIV. Emmanuel Franciscus Fendeur, Bruxellensis, natus 25 decembris 1741, patre Joanne Baptista, matre Joanna Maria Cambier, humaniores literas apud patres Societatis Jesu in patria edidicit, et dialecticam anno 1759 in gymnasio sanctissimae Trinitatis Lovanii; anno 1761 in artibus e paedagogio Lilii 45us promotus; theologiae cursu in collegio Driutii confecto, sacrae theologiae baccalaureus formatus, transiit ad collegium Dalense, et in locum domini Mosselman dimittentis a patrono collegii praeses constituitur, et in possessionem mittitur 9 decembris 1780.

Per promotionem D. Marant, sacrae theologiae doctoris, renuntiatur 10 decembris 1793 canonicus primae fundatorius ad sanctum Petrum Lovanii. Obiit 7 novembris 1795.

In re oeconomica diligentissimus, disciplinae sedulus observator, omnibus gratus, ingens reliquit sui desiderium.

Fundationes bursarum in collegio Petri Van Dale.

Sunt in hoc collegio fundationes :

1. *Petri Van Dale*, fundatoris;

2. *Grimbergae baronum*, qui deinde comites, nunc principes; sunt hi benefactores simul et patroni. Plures fuerunt ex hac familia de Grimberga seu de Berghis, qui bursas in hoc collegio erexerunt.

En extractum ex testamento reverendissimi domini Guilielmi de Berghis, archiepiscopi Cameracensis, plures bursas fundantis :

« Volo ex colonia empta per me pro collegio Van Daele et redditu centum quinquaginta florenorum assumi aliquot bursarios, uti qui promittant se curam animarum in archiepiscopatu Cameracensi et dioecesi Antverpiensi suscepturos.

Debebunt autem excedere vigesimum annum et qualificati, ut audiant casus conscientiae et theologiae studeant; idque per quinquennium. Volo autem omnes bursarios esse peritos linguae teutonicae et curis teutonicis deservire. Poterit autem vicariatus Cameracensis unum bursarium idoneum nominare; reliquos nominabit frater aut, ipso mortuo sine liberis legitimis, nepos meus dominus D. Staelbrouck aut ejus descendentes. Cupio autem in hujusmodi nominatione haberi rationem eorum, qui in seminario Antverpiensi commendationem meruerunt. Praeterea bursarii ante receptionem in collegium, quod vocati curis teutonicis in archiepiscopatu Cameracensi et episcopatu Antverpiensi deservient, juramento sese obligabunt; a quo absolvi non poterunt, nisi prius refusis expensis in collegio factis et ejusdem fabricae applicandis.

État actuel du revenu des fondations annexées autrefois au collège de Van Dale (1).

Fondations administrées par la commission provinciale du Brabant.

	Revenus. Frs	Ces
1. Berghes (Guillaume de), archevêque de Cambrai, et Jacques de Berghes, sire de Grimberghen	648	58
2. Dale (Pierre Van), fondateur du collège, . .	1165	15

Note complémentaire pour l'histoire du collège de Van Dale.

Après la suppression de l'Université en 1797, les bâtiments du collège de Van Dale ne furent pas aliénés par le prytanée français de Saint-Cyr; ils devinrent, par conséquent, plus

(1) Dans ce tableau nous indiquons les revenus actuels des anciennes fondations d'après le compte de l'année scolaire 1879-1880.

tard la propriété de la ville de Louvain. En 1802, on y établit le refuge de charité, c'est-à-dire l'hospice des vieillards des deux sexes. La ville conserva la propriété du collège de Van Dale jusqu'au 18 février 1864, époque à laquelle elle les céda au bureau de bienfaisance en échange d'un immeuble situé entre la rue *de Diest* et *de la Station*, sur lequel s'élève maintenant le nouveau théâtre communal.

La chapelle de l'ancien collège a été convertie en infirmerie, et le chœur seul reste affecté au culte. On voit encore dans ce chœur, servant actuellement de chapelle à l'établissement, le monument en marbre noir, érigé à la mémoire de Pierre Van Dale, fondateur du collège (1). Neuf tableaux de l'ancien collège de Van Dale, dus au pinceau du peintre P.-J. Verhaghen et représentant divers épisodes de la vie de saint Pierre, ont été transportés aux halles, où ils ornent maintenant la salle de la bibliothèque académique qui renferme les ouvrages de théologie.

Depuis quelques années on a placé sur l'autel de la petite chapelle du refuge de charité, un beau retable sculpté, datant du commencement du XVIe siècle. Ce petit monument, qui représente en plusieurs bas-reliefs des scènes de la vie du Sauveur, provient de l'église de l'hôpital Saint-Pierre.

(1) Voyez ci dessus, p. 276, note 1, la description de ce petit monument.

12. Collège de Viglius.

Ce collège, situé dans la rue *de Namur*, a été ainsi appelé du nom de son fondateur Viglius ab Aytta de Zuichem, prévôt mitré du chapitre cathédral de Saint-Bavon à Gand, président du conseil privé et chancelier de l'ordre de la Toison-d'Or. Il était aussi connu, principalement chez les gens du peuple, sous le nom de *Collège de la gerbe de blé*, et en flamand sous celui de *Tarwen schoof*, parce que les armoiries de Viglius, placées au-dessus de la porte d'entrée sont *d'azur à la gerbe de blé d'or*. On lui a donné également le nom de collège Frison ou Gantois, parce qu'il était destiné à des jeunes gens originaires de la Frise et de la ville Gand.

Les étudiants devaient suivre les cours soit de philosophie à la pédagogie du Porc, soit de théologie ou de droit aux halles.

Collegium Viglianum.

Collegium Viglianum a fundatoris sui praenomine ita dictum, et ab ejus insignibus, quae portae imposita sunt, *Den tarwen schoof;* dicitur etiam quandoque collegium Frisicum vel Gandense.

Fundator ejus est Viglius ab Aytta Zuichemus. Hic natus est in Barrhusia, *Barrahuys*, praedio paterno ad medium a Leovardia, Frisiae metropoli, lapidem sub pago Wirdumensi, anno 1507, 18 octobris, in ea familia, quae inter Frisiae primas et nobilissimas ; parentesque habuit Folcardum d'Aytta et Idam Hanya. Zuichemi cognomentum quoque tulit fundator noster ab avito similiter praedio et municipio Zuichemensi, agri Leovardiensis, ad primum ab urbe lapidem.

Primis literis imbutus est Daventriae, Hagae Comitis, Lugduni et Lovanii. Huc mense octobris 1522 missus est cum Jacobo Volcardo, futuro rectore studiosorum apud Bogardos, et duos fere annos graecis latinisque literis operam dedit in collegio trilingui sub Conrado Goclenio et Rutgero Rescio, professoribus; et primae juris elementa accepit.

Accessit ingenuae indoli ingenium eminens et ad summa quaeque capacissimum. Studiorum formatorem ac velut alterum patrem nactus fuit patruum, Bernardum Buchonem ab Aytta, olim Lovanii anno 1487 primum in scholis artium, dein J. U. doctorem, senatorem regium et Hagensis ecclesiae decanum, qui 3 decembris 1528 decessit, legato pecuniarum ac bibliotheca Viglio nostro relictis.

Lovanio Dolam Sequanorum (1) 27 septembris 1526 mittitur Viglius ad majorem ingenii fructum capessendum; et per literas desiderio Erasmo innotuit; quae illi in Andreae Alciati, jurisconsulti praestantissimi, notitiam et amicitiam fores aperuere.

Itaque anno 1529 Avenionem ad Rhodanum fluvium se contulit, pulsumque inde, saeviente epidemica lue, Alciatum et Biturigas (2) accitum (postque anno eodem 1529,8 maji, Valentiae, quae Galliae academia est in Delphinatu non incelebris, doctoris insignia accepisset) secutus est. Alciato in Italiam revocato, cathedram ejus biennium tenuit et Biturigibus jus civile docuit. Sub id tempus fit pastor Zuichemensis, tametsi in sacris ordinibus non esset, et vicarium constituit.

Bituriga in Italiam dum anno 1531 sub autumnum cogitat, celebres Germaniae academias visit : Friburgensem, et in ea Desiderium Erasmum, Udalricum Zasium, Henricum Glareanum; Basileensem, in qua Bonifacium Amerbachium, Sigismundum Gelenium, et Hieronymum Frobenium; Tubingensem, et inibi Jacobum Jonam aliosque.

Patavium ubi venit, Franciscum Curtium praeceptorem

(1) *Dola Sequanorum*, Dôle, ville du département du Jura (France), qui avait autrefois une Université célèbre.

(2) *Bituriyae*, Bourges.

habuit, et juvenis adhuc ac peregrinus (ut ipse alibi scribit) in professorum numerum atque ordinem cooptatus est anno 1532, atque Institutiones Justinianeas publice praelegit cum applausu fructuque audientium ac stupore Italorum, hominis exteri ac Belgae facundiam admirantium. Hic annum unum substitit, et post quatuordecim annorum peregrinationem patriae amor animum subiit.

Dum redit, in itinere Erasmum Friburgi, Frobenium Basileae, in via salutavit, et graecas Theophili Institutiones e Bessarionis cardinalis bibliotheca Venetiis depromptas typis ejusdem Frobenii edi curavit.

In patriam reversum Franciscus, Monasteriensis episcopus, anno 1534 curiae suae constituit judicem sive, ut vocant, officialem; Carolus V, caesar, anno 1535 camerae imperialis Spirensis assessorem; Guilielmus, Bavariae dux, anno 1537 academiae Ingolstadiensis professorem, postquam similem conditionem sibi antea in academia Regiomontana a Joachimo II, marchione Brandeburgensi, oblatam recusasset; qua de re ipse ad Georgium Sabinum anno 1535 rationes suas perscribit, quo minus adhuc e foro ad scholasticam illam docendi tranquillitatem redire non statuisset.

Post haec Maria, Belgicarum provinciarum pro Carolo V fratre gubernatrix, Viglium anno 1543 Belgio restituit, oblata senatoria dignitate in quocumque consilio expeteret. Ac primum quidem assessor consilii sanctioris, tum eodem anno 1543, 21 maji, ad Mechliniense consilium nominatus, post paucos menses Mechlinia Bruxellas, jubente caesare, ad sanctius consilium rediit, retento stipendio magni consilii; indeque missus est legatus in Germaniam ad comitia Spirensia.

Anno 1549, kalendis januariis, Carolus V, caesar, Viglium consilii sanctioris praesidem constituit atque, ut ejus authoritatem majori favore adjuvaret, equestri eum honore insignivit. Postmodum quoque praefectus est illi, quod consilium status vocant, anno 1569. Fuit ad haec ordinis Aurei Velleris cancellarius electus anno 1563.

Postremo, elata anno 1552, nulla prole suscepta, uxore

Jacoba Damantia, Nicolai, Brabantiae cancellarii, sorore, quam anno 1543 duxerat, ecclesiasticum statum amplexus est Viglius, Lucae Munich, abbatis ad sanctum Bavonem Gandavi, primum ab anno 1556 coadjutor, ac dein, illo defuncto, anno 1562 successor; tum eodem anno 1562 sacerdotio insignitur per cardinalem Granvellanum, ac mense octobri primam missam celebrat, et dein benedictionem abbatialem ab eodem consequitur, primusque illius ecclesiae sancti Bavonis in cathedralem evectae praepositus mitratus ab eodem cardinali Granvellano infulis insignitus fuit, usus in posterum mitra et baculo.

Anno 1569 celeberrimum hoc collegium in fundo amplissimo erexit, fundavit ac dotavit (1). « In eum finem, ut scribit ipse Viglius, Hispaniarum rex duodecim millium florenorum subsidium ei liberaliter contribuit, pro duodecim (neque enim fundator plures admittit) partim suae gentis Frisiis, partim Gandavensibus, primo artium philosophiaeque in gymnasio Porcensi, ac deinde theologiae jurisve pontificii studiosis. » Quamquam si a patrono Zuichemensi intra sex menses a die vacationis legitime intimatae neminem praesentari contingat, possit tunc rector Academiae Lovaniensis cum collegii provisoribus seu visitatoribus saltem duobus (tres enim fundator nominavit : seniorem sacrae theologiae professorem, eumque saecularem, sacrorum canonum antecessorem primarium et ecclesiae divi Quintini parochum, ad quos solos difficiliora collegii negotia referri voluit) pro illa vice in ejus locum substituere Lovaniensem aliquem bonae spei adolescentem. Ita enim habet articulus XI^us^ statutorum ejusdem collegii.

Praeterea ecclesiam suam Gandavensem piis fundationibus

(1) Viglius semble avoir hésité pendant quelque temps entre les villes de Gand et de Louvain pour y fonder un collège pour de jeunes étudiants. En effet, le 17 avril 1567, il obtint du roi Philippe II des lettres d'octroi l'autorisant à fonder un collège avec douze bourses soit à Louvain soit à Gand. Nous avons publié ce document dans les *Analectes pour servir à l'histoire ecclésiastique de la Belgique*, XVII, pp. 120-121.

ac pluribus munimentis decoravit ; et natale solum novi hospitalis beneficio perpetuo sibi demeruit.

Condidit testamentum Bruxellis, 14 martii 1577, in quo confirmans erectionem hujus sui collegii, varia statuta praescribit, eidemque dotem assignat mille quingentorum florenorum Carolinorum annuorum, uti latius in dicto testamento nos 11, 12, 13, 14, 15, 16, 17 et 18 (1). Tum denique cognatos haeredesque articulo 37 ita alloquitur : « Rogo autem enixe eosdem, quos ego propriorum liberorum loco semper habui, ut amorem benevolentiamque fraternam inter se colere ac conservare studeant, mutuoque sibi, ubi opus erit, assistant; ac unusquisque honoris promotionisque alterius curam eam, me mortuo, gerat, quam ego vivens erga ipsos semper exhibui ; hoc ipsis praecipuum testamentum ac mnemosynon relinquens (2). » Quibus verbis videtur Viglius alludere ad illa Salustii in *Bello Jugurthino*, ubi Micipsa : « Nunc quoniam mihi natura finem facit, per hanc dextram, per regni fidem, moneo obtestorque, uti hos, qui tibi genere propinqui beneficio meo fratres sunt, caros habeas ; neu malis alienos adjungere quam sanguine conjunctos retinere. »

Viglius ab Aytta, Zuichemus, Frisius, etc. obiit Bruxellis 8 maji 1577 (non autem anno 1578, ut in *Bibliotheca Belgica* Joannis Francisci Foppens ad ejus effigiem legitur); sepultus in crypta ad latus chori cathedralis Gandavensis sub primo sacello ad dextram, in quo visitur lapis sepulchralis marmoreus cum epitaphio et gentilitii scuti insignibus coloratis ; quae insignia sunt : *d'azur à une gerbe d'or, liée de même. L'écu décoré comme celui de son prédécesseur : la crosse d'abbé posée en pal derrière l'écu et surmontée d'une mitre pontificale ; le tout d'or. Sa devise* : VITA MORTALIUM VIGILIA.

(1) Le testament de Viglius a été publié par Hoynck van Papendrecht dans les *Analecta belgica*, I, pp. 195-216.

(2) Testamentum, n. XXXVIII, apud HOYNCK VAN PAPENDRECHT, opere citato, I, p. p. 210.

Obiit Viglius Bruxellis, ut jam diximus; translatus inde Gandavum, atque illatus in tumulum a se sibi, dum viveret, positum; quem a calvinianis violatum, primariae ecclesiae canonici instaurarunt, addito hoc elogio : D. O. M. | ADMODUM REVERENDO VIRO | D. VIGLIO AB AYTA | ZUICHEMO FRISIO | JC^to CLARISSIMO | CATHEDR. HUJUS ECCLESIAE PRIMO | PRAEPOSITO MITRATO | AUREI VELLERIS CANCELLARIO | SUPREMI BELGIAE STATUS ET SANCTIORIS CONSI | LII SUB POTENTISSIMIS PRINCIPIBUS | CAROLO V. IMP. ET PHILIPPO II. HISP. REGE | PRAESIDI SUMMO VIGILANTISS. INTEGERR. | QUI CUM HANC EGGLESIAM PIIS FUNDATIONIBUS | PLURIMIS MUNIMENTIS DECORASSET | ACADEMIAM LOVANIENSEM | STRUCTO SUI NOMINIS COLLEGIO | NON MINUS LIBERALITER QUAM MAGNIFICE DOTASSET, | NATALE SOLUM NOVI HOSPITALIS BENEFICIO | PERPETUO SIBI DEMERUISSET TANDEM POST LONGAS VIGILIAS POST INDEFESSOS | LABORES | PLENUS DIERUM PLENUS HONORUM | REGI FIDUS PATRIAE CARUS | UTILIS OMNIBUS, INJURIUS NEMINI | MAGNO SUI RELICTO DESIDERIO QUIEVIT | IN DOMINO | ANNO MD.LXXVII.VIII. DIE MAJI AETATIS | SUAE LXX. | ISTE VIR FUIT LECTOR SED FUIT MIRARE | IMITARE VIGILA MEMOR PRUDENTIS | SIMI ILLIUS SGUTI VITA MORTA | LIUM VIGILIA.

« Aliud illi epitaphium metrice positum :

QUI CURAS REGUM ET REGNORUM PONDERA OBIVIT,
PERVIGIL HOC DORMIT VIGLIUS IN TUMULO.
PARCE PIOS, LECTOR, MANES TURBARE; QUIETEM
HAEC POST TOT VIGILES VINDICAT UMBRA DIES.
AT VIGILIS VIGLI EXEMPLO VIGIL ESSE MEMENTO;
NIL ETENIM VITA EST SIT NISI VITA VIGIL. »

Ita PAQUOT.

Inter monumenta, de quibus in epitaphio Viglii, insigne illud est, quod erigi curavit supra portam maximam cathedralis ecclesiae Gandavensis, ubi sub statua sancti Bavonis legebatur inscriptio : « MONUMENTUM HOC | D^i ALOYSII BAVONIS | IMAGINI INSCULPTUM | OLIM SEPULCHRO | IN ELEVATIONE E TERRA SACRI CORPORIS | A° SALUTIS 680 IMPOSITUM | AC POSTMODUM JUSSU CAROLI V IMPERATORIS | SUPPRESSO MONASTERIO EXCISOQUE TEMPLO |

D. Bavonis ultra Scaldim | per rever. D. Lucam Munich ultimum abbatem | una cum caeteris monasterii | ornamentis et sacris reliquiis | in hanc ecclesiam deportatum | tandem | a rev. D. Viglio Swichemio | primo ejusdem ecclesiae praeposito | ad memoriam vetustatis et posteritatis | hunc in modum erectum | A° D^ni 1572. »

Porro vitam suam ipse Viglius, morum confidentia fretus, scripsit; quam edidit Hoynck Van Papendrecht in *Analectis Belgicis*, I. pp. 1-194.

De scriptis vero illius et quae omnium manibus teruntur et ab omnibus probantur, vide *Bibliothecam belgicam* Joannis Francisci Foppens, II, pp. 1154 sqq.

Reverendus dominus Viglius Zuichemus, praepositus sancti Bavonis Gandensis, regiae catholicae Majestatis secreti concilii praeses, in anno 1569 comparato in oppido Lovaniensi amplo fundo cum splendido aedificio in platea sancti Quintini extra interiorem portam, eoque aliis aedificiis ampliato, in eo erexit collegium pro duodecim studiosis in sacra theologia aut jure canonico, sex videlicet Frisiis et sex ex choraulibus dictae ecclesiae sancti Bavonis, constituto in eodem dicti collegii praeside. Ad cujus collegii sustentationem duas assignavit villas, unam in Perck apud Vilvordiam, alteram in Ruysbroeck ultra Bruxellam, et super bonis dictae ecclesiae sancti Bavonis Gandensis in diversis reditibus circiter quingentos florenos annuos, et super bonis marchionis Bergensis ducentos florenos annuos, super bonis de Mastaing reditum centum quinquaginta florenorum et, ultra hos, duos alios reditus quinquaginta et triginta sex florenorum.

Quibus duabus villis idem, quod aliis citra dictum annum 1578, supervenit infortunium, altera ex toto, altera ex parte conflagrata, ita ut ex illo tempore multis annis nihil, nunc admodum parvum perceptum fuerit et percipi possit. Redituum solutio ex eo quoque tempore, imo quorumdam pluribus etiam annis ante cessavit, ita ut ab ecclesia Gandensi debeantur fere quinque millia florenorum, ab aliis redituum debitoribus fere sex millia florenorum.

In hoc collegio in dicto anno 1578 hospitium accepit quidam Gallus capitaneus, Claudius Bernaerts, Luxemburgensis, qui gravissimo onere maximisque sumptibus collegium sic gravavit, ut diutius sustinere non potuerit; unde factum est, quod dimidia pars bursariorum statim diffluxerit, reliqua ultra annum 1582 subsistere non potuerit, ut nec ejusdem collegii praesidens dominus et magister Joannes Carrio, per fundatorem primus constitutus praesidens; qui, non valens ferre aut praeerogare onera dictae militaris hospitationis aut se Lovanii alendi, praesidentiae in dicto anno 1582 renuntiavit, et Lovanio migravit.

Hoc infortunii quoque accepit collegium, quod in anno 1579 ex mera lascivia militari et excubiis, quas dictus capitaneus in vestibulo dicti collegii habebat, incendium collegio sit obortum, et magna pars per fundatorem aedificata conflagravit.Cujus conflagrationis vestigia nimis manifesta adhuc apparent; per quod incendium ingentia damna collegium in supellectile et bibliotheca accepit.

Migrante dicto Joanne Carrio praesidente, provisores, ne reliqua domus libidini militaris praesidii relinqueretur et tota non periret, praefecerunt eidem dominum et magistrum Petrum a Fine, Lyropium, pastorem parochialis ecclesiae sancti Quintini Lovaniensis, assignatis illi centum florenis ultra usum horti, sub onere sustinendi onera hospitationis militaris. Qua ratione reliqua pars dicti collegii a ruina et incendio praeservata est, et nihilominus adhuc duo ex bursariis retenti et per eum educati, alter sesquianno, alter duobus annis, ita ut dicto novo praesidenti debeantur ultra 400 florenos, ut et praefato primo praesidi adhuc ex reliquis debentur 366 floreni ultra ea, quae Alardus de Boschut, dicti collegii per fundatorem constitutus primus receptor, sibi deberi praetendit.

(1) En 1655, Jacques Torrius avait demandé un coadjuteur et proposé huit candidats au Saint-Siège, parmi lesquels se trouvait Catzius. Voici le texte même do l'éloge que Torrius faisait de son ami Catzius dans la supplique adressée à Rome : « Balduinus Catzius, Gorcomiensis, dioecesis Ultrajectinae, provicarius meus Harlemensis et Leovardiensis, annorum circiter 45, sacrae theologiae licentiatus, aliquando a clero meo electus, seminarii nostri Lovaniensis praeses et meae consecratiouis secundus assistens ; vir omni exceptione major, pius, eruditus, facundus, commodus et prudens. »

licencié en théologie Après avoir desservi pendant quelque temps la cure de Spaerwoude, dans le diocèse de Haerlem, il retourna à Louvain, comme président du collège de Hollande. En 1641, il fut nommé directeur du béguinage *in den Hoek* à Haerlem, et, quelque temps après, archiprêtre du concile du Kennemerland et doyen du chapitre de Haerlem. Plus tard il devint aussi vicaire général des diocèses de Haerlem, Groningue et Leeuwarde. Désigné, le 3 décembre 1655, comme coadjuteur du vicaire apostolique Torrius, par le souverain pontife Alexandre VII qui avait été nonce aux Pays-Bas, il refusa cette dignité et parvint à faire nommer Zacharie Mexius. Mais, en 1661, le vicaire apostolique et son coadjuteur étant venus à mourir, l'un le 13 juillet et l'autre le 16 septembre, le souverain pontife Alexandre VII fit faire de nouvelles instances auprès de Catz, qui finit par accepter la charge de vicaire apostolique des Provinces-Unies. Son sacre, comme archevêque de Philippes *in partibus infidelium*, eut lieu à Cologne le 9 septembre 1662. Peu de temps après cette cérémonie, il fut atteint d'aliénation mentale et mourut à Louvain, chez les pères de l'Oratoire, le 18 mai 1663.

4. Théodore Silvolt ou Silvoltius, né à Grolle dans le comté de Zutphen en 1600, fut nommé président en 1639, et remplit ces fonctions jusqu'à sa mort, qui arriva le 29 janvier 1657. Promu au doctorat en théologie le 22 septembre 1648, il devint professeur à la faculté de théologie le 3 janvier 1651, et fut élu recteur de l'Université pour le second semestre de l'année 1655.

5. Théodore Blockhoven, dit aussi Baden, de Culembourg, succéda à Silvoltius peu de temps après la mort de celui-ci et résigna la présidence vers l'année 1680. Il fut *primus* au concours de la faculté des arts en 1644. Après avoir pris, à Louvain, le grade de licencié en théologie, il desservit une cure, d'abord à Haerlem et puis à Leyde. Le 2 octobre 1669, il fut nommé à une chaire de la faculté de théologie et l'occupa jusqu'au moment de sa mort, en 1691 ou au commencement de 1692.

6. Pierre Melis, d'Amsterdam, remplaça Blockhoven vers l'année 1680, et dirigea le collège pendant près de cinquante ans. En 1673, il avait été proclamé le 5e à la promotion solennelle de la faculté des arts. Après avoir pris le grade de licencié en théologie, il obtint, à la pédagogie du Porc, où il avait étudié, une chaire de philosophie, qu'il continua d'occuper pendant qu'il était président au collège de Hollande. Il fut élu doyen de la faculté des arts au mois d'avril 1689, et devint membre du conseil de l'Université peu de temps après. L'Université lui conféra, à trois reprises (en 1690, 1700 et 1705), les suprêmes honneurs du rectorat. En 1696, il fut nommé chanoine de la cathédrale de Bruges, mais il n'alla jamais résider dans cette ville pour desservir son bénéfice.

Melis, qui était un des plus fougueux partisans du jansénisme hollandais, transforma le collège de Hollande en une pépinière d'où sortaient de nombreux adeptes, qui allaient grossir les rangs du clergé réfractaire de la *Petite-Église*, dite *d'Utrecht*. Il combattit avec acharnement le formulaire d'Alexandre VII et la bulle *Unigenitus*; et, pour ne pas avoir voulu souscrire au formulaire ni accepter la bulle, il fut obligé, en 1729, de résigner la présidence du collège. Il se retira alors à Delft, en Hollande, et y mourut le 15 mai 1736.

7. David Van der Mye, d'Amsterdam, bachelier formel en théologie, nommé *administrateur* du collège, après le départ de Melis, par l'archiduchesse Marie-Élisabeth, alors gouvernante des Pays-Bas pour son frère l'empereur Charles VI, ne prit le titre de président qu'après la mort de Melis. Van der Mye avait étudié la théologie, d'abord à Louvain comme élève du collège du pape Adrien VI, et ensuite à l'Université de Paris. Le 25 novembre 1733, il obtint une prébende canoniale à la collégiale de Saint-Jacques à Louvain, qu'il conserva, de même que la présidence du collège de Hollande, jusqu'à sa mort, arrivée le 6 mai 1749. On a de lui l'ouvrage suivant : *Historia sacro-profana chronologice deducta a tempore prophetarum usque ad Christum natum, in qua prophetarum vaticinia*

quoad historiam illustrantur et completa exhibentur; Lovanii, apud Mart. Van Overbeke, 1748, vol. in-8°. Le tome I de cet ouvrage seul a paru.

8. Laurent Joseph Lelivelt, né à Bois-le-Duc en 1708, succéda à Van der Mye le 6 juillet 1749, et gouverna le collège jusqu'au moment de sa mort, le 8 janvier 1765. Il avait suivi les leçons de philosophie à la pédagogie du Faucon et obtenu la 3e place à la promotion de 1726. Lorsqu'il eut achevé son cours de théologie, il enseigna pendant quelques années au Faucon, et devint, le 1 février 1742, président du collège de Viglius, d'où il passa à celui de Hollande après la mort de Van der Mye. Il fut créé docteur en théologie le 19 novembre 1743, et nommé professeur le 8 mars 1745.

Lelivelt fut un des grands bienfaiteurs du collège; il contribua largement dans les frais occasionnés par la reconstruction des bâtiments qui eut lieu sous sa présidence, et il fit, en outre, au collège un legs testamentaire très considérable.

9. Jacques-Thomas-Joseph Wellens, né à Anvers le 3 septembre 1726, fut installé comme président le 17 janvier 1765, et remplit ces fonctions jusqu'à la fin du mois d'avril 1776. A la promotion de 1745, il fut proclamé *primus*. Après avoir suivi les cours de théologie, il enseigna d'abord pendant quelque temps au Faucon, où il avait étudié, et prit entretemps (le 31 juillet 1752) le grade de licencié en théologie et ès droits. Le 11 juin 1754, il devint président du collège de Sainte-Anne. Promu solennellement au doctorat en théologie le 3 août 1756, il fut nommé professeur quelque temps après. Désigné pour l'évêché d'Anvers le 20 avril 1776, il fut sacré à Malines le 8 septembre suivant. Il mourut dans sa ville épiscopale le 30 janvier 1784. Les *Exhortationes familiares* de Wellens, qui ont été publiées, sont les conférences qu'il a données aux étudiants du collège de Hollande pendant qu'il était président. Voyez sur l'évêque Wellens, Van de Velde, *Synopsis monumentorum*, III, p. 754.

10. Jean-François Van de Velde, né à Beveren (Waes) le

5 mars 1743, succéda à Wellens le 1 mai 1776, et dirigea le collège de Hollande jusqu'au 13 mai 1783, époque à laquelle il fut nommé président du grand collège du Saint-Esprit. Avant de devenir président du collège de Hollande, Van de Velde avait déjà enseigné quelque temps la théologie dans cet établissement; le 21 novembre 1772, Wellens, qui était alors président, lui avait confié cette charge. Voyez sur Van de Velde notre notice dans l'*Annuaire de l'Université catholique*, 1865, p. 313 et svv.

11. Guillaume-Walric Van Leempoel, de Rotterdam, bachelier formel en théologie, remplaça Van de Velde le 21 mai 1783, et conserva la présidence jusqu'à la dispersion de l'Université en 1797. Proclamé le 4e à la promotion de la faculté des arts en 1770, il s'appliqua ensuite à l'étude de la théologie. Le 7 février 1774, il devint professeur de philosophie à la pédagogie du Porc, où il avait étudié, et y enseigna jusqu'à ce que l'Université fut fermée en 1797. Pendant qu'il était professeur de philosophie, il soutint la défense des thèses, requise pour l'obtention de la licence en théologie; il ne fut cependant jamais promu à ce grade. Après la suppression de l'Université, le gouvernement le nomma membre du comité des cinq commissaires chargés de l'administration des biens de l'Université. Lorsque le mandat de cette commission fut expiré vers l'année 1807, Van Leempoel se fixa à Bruxelles, et mourut subitement dans cette ville le 26 septembre 1815.

État actuel des revenus des fondations annexées autrefois au collège de Hollande (1).

1. Fondateurs inconnus 4126 50

(1) Dans ce tableau nous indiquons les revenus actuels des anciennes fondations d'après le compte de l'année scolaire 1879-1880

23. Collège de Milius, dit aussi de Luxembourg.

Ce collège, situé dans la rue *du Canal*, entre les rues *des Augustins* et *des Poissonniers*, fut établi, en faveur des Luxembourgeois, sur le modèle du collège de Viglius, dont nous avons parlé ci-dessus. Il eut pour fondateur Jean Milius, originaire du grand-duché de Luxembourg, docteur ès-droits, d'abord précepteur des enfants du duc d'Albe et plus tard traducteur des lettres allemandes à la cour du roi d'Espagne Philippe II.

Les étudiants suivaient les cours soit de philosophie à la pédagogie du Porc, soit de théologie ou de droit aux halles.

I. Fondation du collège.

Voici comment Aug. Bruck résume l'histoire du collège de Luxembourg, dans ses *Fondations de bourses d'études instituées en faveur des Luxembourgeois*, p. 828 :

« Par son testament du 9 janvier 1595, fait à Madrid, le docteur Milius de Dudelange a affecté une grande partie de ses biens à la fondation d'un collège, à établir soit à Luxembourg, soit à Trèves, soit à Louvain, selon que ses exécuteurs testamentaires, les comtes de Fugger, le trouveraient convenir.

» Les successeurs de ceux-ci, les comtes Jean-Ernest et Georges de Fugger, choisirent la ville et l'Université de Louvain. Le magistrat de cette ville accepta ce choix, et reconnut les dits comtes comme patrons du collège, avec pouvoir de nommer le président et les boursiers, par acte du 18 janvier 1613, qui fut confirmé par contrat solennel du 23 juillet 1631 entre les comtes Fugger et la ville, en pré-

sence d'un commissaire du gouvernement. A cette occasion les comtes consentirent à ce que les états de la province de Luxembourg conférassent le tiers des bourses; que de ce tiers une bourse fût conférée à un étudiant de Louvain, et que des deux autres tiers deux bourses fussent aussi conférées à des étudiants de Louvain par les proviseurs du collège. Ce contrat fut agréé par les états du duché de Luxembourg. Les comtes de Fugger n'ayant pas voulu se tenir à cette convention, les états du duché de Luxembourg y contredirent également et contestèrent aux comtes de Fugger le droit de patronage et de collation, prétendant que le fondateur n'avait donné ce droit qu'aux premiers exécuteurs testamentaires, et qu'il n'avait pas passé à leurs héritiers. Une famille du Luxembourg, se disant parente du fondateur, contesta également ce droit à la famille de Fugger, et il y eut à cette occasion de longs procès qui étaient encore pendants en 1794.

» Dans l'entretemps la famille de Fugger est toujours restée en possession du droit de patronage et de collation de la présidence, ainsi que de huit bourses. Les états du Luxembourg en conféraient cinq, dont une à un Louvaniste et les autres à des Luxembourgeois, tandis que les proviseurs du collège en conféraient deux à des élèves natifs de Louvain.

» En 1785 le droit de patronage et de collation s'exerçait par le comte Anselme-Victorien de Fugger de Babenhausen en Souabe, et les revenus du collège

	Florins	Sols
En cens, terres et prairies montaient à . . .	2007	4
En bois, à	723	11
En rentes, à	6714	16 1/2
Outre trois cens irrédimibles, ensemble . . .	75	
4 livres censaux	139	
Et une dîme de	100	

» Aujourd'hui quatre des bourses de Milius, l'une de 600 francs, sont réservées pour des étudiants du grand-duché de Luxembourg, et les boursiers peuvent étudier la philosophie, la théologie ou le droit. »

Collegium Milianum.

Joannes Mylius, Luxemburgensis, juris utriusque doctor, primum praeceptor liberorum ducis Albani, dein Philippi II, regis Hispaniae, pro literis Germanicis interpres, pluribus annis Mantuae Carpetanorum (Madritum hodie vocant) in Hispania usque ad annum MDXCVI coelibem vitam egit, conditoque ibidem paullo ante mortem testamento collegium Luxemburgi vel Lovanii erigendum fundavit ad eum modum et formam, iisdemque legibus et statutis, quibus in eadem Academia Lovaniensi erectum ac fundatum est Viglianum collegium (1). Curam hujus fundationis ordinandae commisit DD. Marco Fuggero et fratribus ejus. Quibus interim decedentibus, idem jus sibi vindicarunt eorum agnati illustres comites DD. Joannes Ernestus et Georgius Fuggeri, liberi barones in Kirchberg, etc. Elegerunt autem illi, ut Alberto, archiduci Austriae et Brabantiae duci, gratificarentur, anno 1610 Lovanium, hancque suam declarationem electionemque per literas serenissimis Belgarum principibus insinuarunt. Ex residuo haereditatis, quae tum temporis ultra privatam fortunam erat, transmissi fuere pro erectione collegii hujus Lovanium 13,991,423 maravides, valentes in pecunia cambiali 89,545 florenos, 2 asseres et 1 29/40 denarios, computatis 375 maravedibus pro ducato hispanico, valente 2 florenos et 8 asseres. Ita VALERIUS ANDREAS, apud quem, p. 325, lege cetera.

Auctorem habet hoc collegium clarissimum virum Joannem Mylium, juris utriusque doctorem. Hic, gemellus cum sorore Margareta natus, aut certo baptizatus est in pago Arhon *(sic)*, ducatus Luxemburgici (2), patrem nactus Nico-

(1) La partie du testament de Milius qui a trait à la fondation du collège a été publiée dans BRUCK, *Fondations de bourses d'études instituées en faveur des Luxembourgeois*. Luxembourg, 1880, in-8°, p. 830.

(2) Bruck, dans ses *Fondations*, p. 828. dit que Milius était de Dudelange.

laum de Monplainchant, matrem Claudiam, filiam Henrici de Housse. Puer Luxemburgum deductus, isthic aliquamdiu enutritus est, donec legatus quidam ex Hispania illac transiens petitum Mylium secum in alias Belgii provincias, deinde in Hispaniam perduxit. Eo autem pervenit Mylius anno 1563 cum Ferdinando Toletano, duce Albano, qui eum filiis suis paedagogum adsumserat; adhibitus deinde in aula Philippi II, regis caholici, vertendis e Teutonico sermone in Hispanicum literis et chartis. Expertem conjugii vitam egit Mantuae Carpetanorum (*Madrid* hodie vocant), hospita usus vidua quadam, cui nomen Mencia del Castello. Mortuusque ibidem kalendis junii 1596, depositus est, ut jusserat, in templo sancti Phle... (forte Philippi), ordinis sancti Augustini, translatis deinde, ejus item jussu, ossibus in sacellum ab ejus obitu et illius aere (cccc ducatis) constructum in aede Fratrum Minorum. Cetera ad hunc virum spectantia collige ex subjecta Cornelii Jansenii epistola ad Nicolaum Vernulaeum, primum hujus collegii praesidem.

« Reverende domine. Literas vestras (*reliqua desunt in manuscripto*).

Porro Mylius, conditis die 9 januarii 1595 extremae voluntatis tabulis, post legata quaedam satis notabilia solvenda, reliquas opes, quae illi supra privatam fortunam fuerunt, utpote conficientes maravedisiorum milliones, ut vocant, tredecim, millia nongenta nonaginta et unum, et quadringentos viginti et tres (id est, aere nostro .....) in collegii unius usum reliquit. « In residuo » (ita verba ejus ex Hispanico reddita sonant) « omnium bonorum meorum immobilium, » mobilium et se moventium, item jurium, quaecumque » habeo et habuero et ad me pertinent ac pertinebunt, no- » mino et instituto animam meam pro universali meo hae- » rede, ea lege et intentione, ut quidquid ita haereditaverit, » distribuatur et expendatur in fundando, dotando et erigendo » collegio uno, in oppido vel Luxemburgensi, e cujus ducatu » oriundus sum, vel Trevirensi civitate imperiali, vel Lova- » nii in ducatu Brabantiae, provincia Germaniae inferioris, » rebus inibi pacificatis, idque juxta arbitrium et dispositic-

» nem illustrium DD. Marci Fuggeri et fratrum ejus (Joannis » et Jacobi). » Praescripsit autem Mylius in erigendo collegio suo sequendum ordinem, conditiones ac statuta collegii Vigliani, vel secundum quod magis vel minus dictis DD. Fuggeris videbitur. Voluit praeterea, ut media pars numeri alumnorum artibus det operam et theologiae, pars altera canonibus et legibus.

Dicti Fuggeri Augustae Vindelicorum (Augsbourg) domicilium habentes, sed quorum magnae res in Hispaniis tum agebantur, e tribus nominatis urbibus Lovanium anno 1610 elegerunt, ut Alberto, archiduci Austriae, gratificarentur; ac tandem anno 1619, viginti tribus post Mylii mortem annis, cum jam etiam Marcus, Joannes et Jacobus Fuggeri e vivis excessissent, emptus est ad usum collegii domus una juxta portam oppidi interiorem..... via..... cum amplo et amoeno horto. Cura haec fuit illustrium comitum Joannis Ernesti et Georgii Fuggerorum, qui Marci ejusque fratrum agnati erant, ac liberi barones in Kirchberg et Weissenhorn, ordinum sancti Jacobi in Gallaecia et Calatrava equites, Caesareae Majestati a conciliis et cubiculis, etc. Hi cum a se electam collegii sedem serenissimis Belgarum principibus per literas significassent, rector et Lovanii Universitas, necnon consules, scabini et consiliarii oppidi Lovaniensis per literas suas reversales, ut vocant, acceptandi hujusmodi declarationem atque electionem, similiter declararunt mentem suam non esse aut fuisse unquam aliam, quam ut praedicti comites, uti doctorem Mylium repraesentantes, sibi habeant ac reservent jus patronatus et supremam inspectionem antedicti collegii, ac potestatem in eo praesidem constituendi, et scholares alimentarios sive bursarios in illud adsciscendi, ceteraque omnia faciendi et exsequendi, quae ipsis per praedictum testamentum et ultimam voluntatem adscripta vel commissa fuerunt, etc. Acta haec anno 1613, die 18 januarii.

Similis declaratio per eosdem facta fuit iisdem comitibus kalendis octobris 1619 quod ad nominationem provisorum attinet, designatis tum provisoribus seniore sacrae theologiae doctore ac professore et sacrorum canonum antecessore

primario ; quos et praeses Viglius suo dederat collegio, hisque adjunctis primario consule, ac primo oppidi syndico, quem pensionarium appellant. In hac declaratione continentur et collegii statuta, in quibus haec observo :

Praeses jubetur victum bursariis ex praescripto dominorum provisorum frugaliter administrare et alia curare, quae (extra amictum illorum, quem de suo studiosi curabunt) necessitas postulaverit. Aegrotante horum aliquo, si opus fuerit, medicus collegii expensis vocabitur, illiusque praescripto aeger curabitur, bursario uno, necnon famulo cum ancillis inservientibus. Quotannis... pro singulis bursariis CXL florenos Brabanticos, non ultra, insumet praeses ; pro sua autem mensa et necessariis CLX florenos ; pro famulo et ancillis duabus CCC ; habeatque praeterea singulis annis pro suo labore CC florenos. Bursarii, peracta mensa, recreatione honesta, se oblectabunt, praecipue vero musicae studio se addicant, et operam dent, ut exterarum nationum linguas addiscant. Nullus collegium exeat absque licentia praesidis ; eaque obtenta, habeant socium sibi adjunctum.

Data est altera declaratio anno 1624 de administratione bonorum sub nomine dictorum comitum ac familiae facienda. Atque haec omnia et singula predicti respective mandatarii ac deputati postmodum anno 1632, 23 julii, solemni contractu coram amplissimo viro Guilielmo a Steenhuys, regiae Catholicae Majestati a consiliis status et privati, ad hoc specialiter deputato, rursum laudarunt, approbarunt et rata habuerunt, concessaque per dictos comites ordinibus Luxemburgensibus in collegio Myliano praesentatione tertiae partis bursariorum, inter quos unus semper esset Lovaniensis, et ex reliquis duabus tertiis bursae duae similiter addictae Lovaniensibus, praedictum contractum concessionem que nomine dictorum ordinum approbante et acceptante Petro Roberti, camerae rationalis Brabantiae adsessore, sed neque Fuggeris, nec alio quoquam eorum nomine, eumdem contractum tum vel acceptante vel ratum habente (1).

(1) Le texte de cet accord a été publié dans BRUCK, ouvrage cité, p. 831.

Altero inde anno 1633, die 19 septembris, concordatum initum est, in quo nulla fit Luxemburgensium ordinum mentio; Fuggeri vero sibi duas bursarum tertias partes reservant; eorumque procuratori placet, ut provisores jus perpetuum habeant duos bursarios Lovanienses nominandi seu praesentandi, jure patronatus ac suprema inspectione Fuggeris semper salvis. Reliqua tum acta ad pecunias collegii moderandas spectant. Ceterum eodem anno, iterumque anno 1640, declararunt Fuggeri nolle se, nec posse approbare concordiam illam seu conventionem anni 1632, saltem quod ad praesentationem attinet bursariorum ab ordinibus Luxemburgicis faciendam et a Fuggeris confirmandam. Quare iidem ordines cum ex hac tum aliis ex causis pro parte quoque sua resilierunt ab hujusmodi contractu, ac voluerunt merum jus electionis et executionis DD. Fuggeris competiisse; quod etiam personas in testamento nominatas excedere non potuerit : civitati vero et ordinibus Luxemburgensibus, uti primo nominatis in testamento fundatoris, compepetiisse et competere jus patronatus in hoc collegio, ac praerogativam de constitutione praesidis et assumptione bursariorum; qua de re diuturna lis inter easdem partes agitata fuit. De qua id observandum nullam ordinum Luxemburgensium fieri in testamento Mylii mentionem : tantum Luxemburgum primam urbem nominari inter tres ad instituendum collegium Fuggerorum arbitrio eligendas.

Anno 1750, die 24 aprilis, Antonius Othon marchio Botta-Adorno, eques Melitensis, atque augustae reginae in moderamine Belgii minister plenipotentiarius, decretum tulit hodierno collegii praesidi inscriptum; in quo statuebatur : 1° jus patronatus ac summam in collegium inspectionem Fuggeris eorumque posteris competere, sic tamen ut nullos sumptus, obligationes *(devoirs)* aut vacationes ad onus collegii quocumque praetextu sibi vindicare queant; 2° jus iisdem esse praesidem constituendi, sed qui in Belgio Austriaco natus sit, idemque sacrae theologiae vel juris licentiatus; 3° jus item esse Fuggeris duas tertias bursarum partes conferendi, sed solum in Belgio Austriaco aut in

imperio Germanico natis, e quibus duo semper forent Lovanienses; 4° tertiam bursarum partem reliquam collatum iri ab ordinibus Luxemburgensibus, nec aliis quam in eorum ducatu natis, una excepta, quae Lovaniensi dabitur; 5° denique bursam primo vacaturam philosophiae candidato, secundam juris, tertiam theologiae, quartam rursus juris alumno conferendam esse; atque hunc ordinem perpetuo observandum (1).

Decretum istud aliqua ex parte correxit regius princeps Carolus Alexander Lotharingus, Belgii moderator, altero abs se dato pridie eidus octobris 1754, quo controversias ab anno 1648 perdurantes inter ordines Luxemburgicos et Fuggeros de interpretanda trunsactione sub Belgici regiminis autoritate anno 1732 inita componit, unaque ad petitiones dictorum ordinum, Fuggerorum, provisorum et praesidis, de reddendis Mylianae fundationis rationibus ita responsum ac statutum : 1° de jure patronatus, ut decreto superiori; 2° idem de jure constituendi praesidis, eo excepto, quod hic non jubeatur esse licentiatus; 3° et 4° idem de collatione bursarum; 5° quartam bursarum partem a philosophiae, quartam a theologiae candidatis possessum iri; dimidiam vero partem residuam a juris alumnis, ut expresso Mylii intento satisfiat; 6° Fuggeris ac Luxemburgensibus ordinibus inhibetur omnis ad senatum Brabantinum a praesente decreto recursus; 7° adduntur varia de rationum seu computuum liquidatione, archeiorum adservatione, statutis proponendis, etc.; 8° denique decreto praecedenti cessare edicitur superius illud anno 1750 prolatum (2).

Cum vero Fuggeri comites aliqua circa hoc decretum aulae exhibuissent, excellentissimus sacri Romani Imperii comes Carolus de Cobenzl, plenipotentiarius in Belgii administratione augustae reginae minister, anno 1771, XI kalendas novembris, viso DD. provisorum judicio, ex sententia san-

(1) Le texte de ce document a été publié dans Bruck. Ouvrage cité, p. 838.

(2) Voyez le texte de ce décret dans Bruck, Ouvrage cité, p. 841.

ctioris senatus decrevit non licere dictis comitibus perpetuum habere deputatum *(commis)* ad onus collegii ; eum tamen, qui illorum nomine rationibus seu computibus exhibendis aderit, voce deliberativa cum jure praecedendi deputatos a Luxemburgensibus gavisurum, item vacationibus olim determinatis decreto Brabantini senatus, dato 9 novembris 1641, quo statuebatur Fuggerorum procuratores *(commis)* solum fruituros vacationibus ad onus collegii pro suis comparitionibus, perinde ac si Lovanii commorarentur. Si Fuggeri litem sustineant ad utilitatem collegii, auctoritatem ad hoc accipere debebunt a generali regimine *(gouvernement)* Belgii, tuncque, et non alias, sumptus litis feret collegium. Si illi collegium visitent, approbari (1) haec visitatio erit ab eodem Belgii regimine; a quo determinabitur numerus eorum, quos in hanc rem Fuggeri deputabunt, et horum vacationes a collegio solvendae. Quod ad statuta seu leges collegii attinet, de his praeses et provisores judicium suum mittent ad Fuggeros, hi deinde specimen statutorum ad regimen Belgii generale, ut approbet; audiri de eodem negotio Luxemburgenses ordines poterunt. Inhibetur praesidi, ne ille se jurejurando Fuggeris obstringat, sed Academiae rectori, pollicens se leges observaturum, rem collegii recte administraturum, nec quicquam, etiam indirecte, ad consequendum hoc munus dedisse praeter imperiales seu scuta quinque pro commissi sibi officii literis ; neque bursarii eo titulo plus quam scuta duo dabunt, alioqui bursarum juctura mulctandi. Ita Paquot.

Anno 1730, 18 novembris, praeses collegii hujus Alardus Van den Steen emptione acquisivit ad opus collegii domum baronis de Spangen cum horto et fundo amplo adjacentibus, situm in platea Thenensi, contiguam collegio Francisci Hovii, aliter dicti Patrimonium Christi, intuitu collegii hujus collabentis et siti in loco humidi eo aliquando transferendi.

Anno 1744 agi coeptum est de translatione hac facienda.

(1) Il faut sans doute lire *approbanda* au lieu de *approbari*.

Tum anno 1750 gubernium Austriacum rectori magnifico injunxit visitationem instituendam esse circa domum olim baronis de Spangen, item circa vetus collegium hoc ejusque fundum; dictumque fuit collegium necessario et sine mora reaedificandum esse.

Anno 1751, 13 decembris, marchio Antonius Othon de Botta, gubernator Belgii, rogat provisores collegii, ut transmittant judicium suum circa fundum et aedificia collegii Mylii; item circa domum quondam baronis de Spangen sitam haud procul ab ecclesia sancti Michaëlis in platea Thenensi.

Anno 1752, 24 julii, gubernium Austriacum jubet provisores reaedificandum collegium in veteri suo loco juxta exemplar seu ichnographiam factam per Anneessens, architectum Bruxellensem, domumque in platea Thenensi vendendam esse. Secuta dein anno 1754, 7 septembris, congregatio DD. provisorum, in qua unanimiter resolverunt et dixerunt ichnographiam ipsis a consultissimo domino praeside Litisky propositam et exhibitam pro aedificando collegio Myliano bene placere, et omnino videri convenientem; seseque existimare fundationem esse in statu ferendi expensas talis aedificationis. Atque ita collegium anno 1755 reaedificari coeptum est sub praeside Litisky, positusque primus lapis 25 aprilis ejusdem anni cum inscriptionibus sequentibus.

Juxta portam aedificii interioris seu majoris, ad latus sinistrum intrantis, lapidi insculpta legitur haec inscriptio: NOMINE | ILLUSTRISS. D^ni JOANNIS JACOBI FUGGER | S. R. I. COMITIS DE KIRCHBERG ET WEISSENHORN | DOMINI IN BOOS, HEIMERTINGEN ET RINCHAU | SAC. CAES. AC REG. MAJEST. CAMERARII | HUJUS COLLEGII | HAEREDITARII PATRONI | EXCELL. D. ARNOLDUS FRANSC. DE TORNACO S. R. I. BARO | SAC. CAES. AC REG. MAJEST. PEDITUM PRAEFECTUS GENERALIS | TENERAMUNDANAE CIVITATIS AC TERRITORII GUBERNATOR | EQUES ORDINIS SAXON. ET WURTEMBURG. DUCUM | TOPARCHA DE SASSENHEIM, VERVOX, MESSANCY ETC. | HUNC PRIMUM LAPIDEM POSUIT | V KAL. MAJI M. D. CC. LV.

Ad latus dextrum intrantis legitur: PROVISORIBUS | AMPLISSIMIS VIRIS DOMINIS | EXIM. D. JOANNE JOSEPHO GUYAUX S. T. D. | SAC. FAC. REGENTE SENIORE | CLARISS. D. ARNOLDO JOSEPHO VAN BUG-

GENHOUT J. U. D. | SAC. CANONUM ANTECESSORE PRIMARIO | PERILLUSTR. D. BARONE AB EYNATTEN | HUJUS CIVITATIS CONSULE PRIMARIO | PRAENOB. D. PETRO VAN DEN BROECK | EJUSDEM PRIMARIO SYNDICO | PRAESIDE CONSULTISS. D. HENR. FERD. LITISKY J. U. L. | ECCLESIAE COLLEG. S. JACOBI CANONICO.

Supra portam collegii in platea vaccarum legitur : COLLEGIUM DOMINI JOANNIS MYLII | LUXEMBURGENSIS | J. U. DOCTORIS | ERECTUM ANNO CIↃ. IↃ. CXIX. | CURA ILLUSTRISSIMORUM DOMINORUM ERNESTI ET GEORGII FUGGERORUM | LIBERORUM BARONUM DE KIRCHBERG ET WEISSENHORN | TANQUAM | PATRONORUM COLLEGII | AB IPSO FUNDATORE | CONSTITUTORUM | REAEDIFICATUM MDCCLV.

II. Praesides collegii Miliani.

I. Primus collegii hujus praeses constitutus fuit NICOLAUS VERNULAEUS, natus in vico Robelmontio, Virtonensis agri, ducatus Luxemburgensis, 10 aprilis 1583, ipso Paschatis festo die, patre Petro de Vernulz, quondam in exercitu Catholicae Majestatis in Belgio centurione, et matre Maria de de Merjay. Studia literarum humaniorum et philosophiae inchoata Treviris in Academia Colonienſi absolvit; a qua anno 1608 a Joanne Baptista Gramaye, tunc rhetorices in paedagogio Porcensi professore, Lovanium evocatus, eoque agente apud provisores paedagogii hujus, ut Vernulaeum sibi in hac professione rhetorices successorem haberet, id obtinuit, hancque cathedram postea, anno scilicet 1614, dimisit.

Interea anno 1611 ad professionem eloquentiae christianae cum annexo secundae fundationis canonicatu in divi Petri promovetur, successor datus praenominato Gramaye dimittenti; regiique historiographi titulo augetur. Anno 1616 subregentis in paedagogio Porcensi munere fungebatur, interim cursum studii theologici in hac Lovaniensi Academia conficiens. Licentiae lauream in hac facultate adeptus est 11 (non nona) decembris 1619.

Cum anno 1619 collegium hoc Milianum aperiretur, declaratus est x kal. augusti, id est 23 julii ejusdem anni a quatuor collegii hujus provisoribus ex illustrium Fuggerorum

voluntate primus moderator seu praeses ; hancque suam administrationem kalendis octobris ejusdem anni 1619 auspicatus est, assignato eidem honorario praesidentiae florenonorum 200 cambialium : computus vero primus praesidis Vernulaei a calendis octobris 1619 ad calendas octobris 1620 exhibitus fuit dominis provisoribus 10 novembris 1620.

Circa annum 1621 collegium hoc defectu dotationis clausum fuit. Secutae sunt dein transactiones annorum 1632 et 1633 ; post quas reinceperunt computus Vernulaei ; ejusdem dein primus et rationes receptorum et expositorum, postquam collegium rursus alumnis apertum esset, est a paschate seu 17 aprilis 1634 ad 16 aprilis 1638.

Computus ultimus Vernulaei ejusque domus mortuariae est a 16 aprilis 1648 ad 16 aprilis 1649. Vacantem praesidentiam administravit N... Stevenot, ejusque computus est a 16 aprilis 1649 ad 15 aprilis 1650.

Adhaec fuit Vernulaeus ab anno 1626 vel ante per privilegia academica canonicus ecclesiae collegiatae sancti Hermetis Rothinaci et sancti Petri Duaci.

Defuncto 11 septembris 1646 Erycio Puteano, linguae latinae in collegio trilingui Buslidiano professore, Vernulaeus in hac professione ei successor datur, et a Ferdinando, imperatore, historiographi caesarei et consiliarii titulo meruit honorari.

Academiae rector annis 1632, 1644 et 1645 datus fuit.

Vir in utravis oratione stylo quam voce promptior, et scribendi quam dicendi gratia praestantior. Adhaec doctrina varius, ingenio politus et elegans, stylo facillimus.

Obiit Lovanii 6 januarii 1649, aetatis suae 66mo, professionis eloquentiae christianae 37mo, praesidentiae 30mo anno ; sepultus in sacello sancti Caroli Borromaei in divi Petri juxta tumulum Puteani, cui perquam familiaris vixerat. Orationem in funere dixit Antonius Dave, sacrae theologiae doctor et professor.

Voyez sur Vernulaeus et ses écrits Paquot, *Mémoires*, éd. in-12°, III, pp. 432 et sv ; éd. in-fol., I, p. 328 et sv.

II. Jacobus Bach, Coloniensis, presbyter, quondam a secretis N... episcopo Sylvaeducensi, deinde canonicus ad sanctum Georgium Coloniae (erat 7 aprilis 1650), et ab anno 1652, 27 novembris, Lovanii ad divum Petrum canonicus et cantor. A Fuggeris Vernulaeo fuit surrogatus 27 novembris 1649. Computus ejus primus est a 16 aprilis 1650 ad 16 aprilis 1651, ejusque ultimus seu septimus, per dominos executores testamenti Jacobi Bach exhibitus, est a 16 aprilis 1656 ad 1 septembris 1656. Defunctus est 16 augusti 1656; sepultus in sacello divi Caroli Borromaei basilicae primariae, ubi haec leguntur caeruleo lapidi incisa : D. O. M. | Hic jacet ad^m R^dus D. Jacobus Bach | hujus eccl^iae | canonicus et cantor | ac collegii Miliani | praeses | qui in animae suae suorumque refrigerium | anniversarium | et hebdomadale in hoc sacello | missae sacrificium | fundavit | Obiit anno Christi m. dc. lvi. xvi aug.

Defuncto Jacobo Bach, praesidentiam collegii Miliani administravit Leonardus Del-Chocq usque ad 30 decembris 1656.

III. Thomas Stapleton, Fidardiensis Hibernus, presbyter, factus hujus collegii praeses, in possessionem missus est 16 decembris 1656, regimenque inchoavit 6 januarii 1657. Tum 7 octobris 1659 juris utriusque doctor renuntiatur, etc.. Obiit 14 augusti septuagenario major. Sepultus est in sacello sancti Caroli Borromaei ad divum Petrum apud suos praesides praedecessores cum effigie e marmore albo et inscriptione. Vide juris utriusque doctores.

Hic praeses collegium hoc ampliavit et ornavit, dum collegio continentes quasdam aedes et adjunctum hortum emit.

Non est confundendus cum Thoma Stapletone, sacrae theologiae doctore et professore.

IV. Maurus Fabricius (Paquot eum vocat Marcum Fabritium), Hibernus, juris utriusque licentiatus, presbyter, praeses constituitur post obitum Stapletonii. Ob inhabilitatem et malam administrationem primum receptura hujus collegii

privatur, receptorque constituitur 10 januarii 1702 dominus Alardus Van den Steen; tunc collegium, quin et Lovanium, deserere coactus, se recepit in Helvetiam. Praesidentia simul et receptura a 4 aprilis concreditur praenominato Alardo Van den Steen

A 26 februarii 1703 Fabricius resignaverat praesidentiam collegii Miliani Martino Caddan, Hiberno, anno 1678 in artibus e Lilio 50°, sacrae theologae licentiato et seminarii Hibernorum Antverpiae praesidi.

Aula Bruxellensis primum in favorem Fuggerorum interdixerat contra manutenentiam concilii Brabantiae in praesidentia Fabricii; ast postmodum per literas regias, a marchione de Bedmar inique extortas 19 augusti 1708, Martinus Caddan praeses constituitur, et dominus Van den Steen violente et praeter omnem juris ordinem e collegio pulsus est 22 augusti 1703. Restitutus tandem hic praesidentiae et recepturae per sententiam concilii Brabantiae 11 augusti 1706.

Quidam Maurus Fabricius, presbyter et juris utriusque licentiatus, erat capellanus *van de capelrye van de zuytkoor binnen Beveren* circa Antverpiam 15 novembris 1724 (coram Everaerts). Quaeritur an idem, qui praeces fuit hujus collegii?

Apud Hellin, *Histoire chronologique*, p. 397, Mauricius Fabricius, ex Cassel, juris utriusque licentiatus, factus est anno 1693 via nominationis canonicus sancti Bavonis Gandavi; quam praebendam dein anno 1696 resignavit. Addit Foppens, in manuscripto, hunc Fabricium esse eumdem, qui fuit praeses collegii Luxemburgensis, et numquam Gandavi resedisse.

« Quum debitam rebus collegii sedulitatem ac industriam non adhiberet, a provisoribus loco motus, collegium reliquit pridie kalendas aprilis 1703. » Ita Paquot.

V. Alardus Van den Steen, Dordracenus, natus 12 martii 1663, literas humaniores in Gemert, ducatus Gelriae, edoctus, anno 1682 in artibus e pedagogio Porci vigesimus primus, exinde in collegio Hollandico divae Pulcheriae sacrae theologiae alumnus, anno 1688 gymnasio sanctissimae Trini

tis a facultate artium regens datus fuit; quam regentiam post decem annos, 13 scilicet decembris 1698, dimisit.

Canonicatum in collegiata divi Petri Leodii obtinuit privilegio academico; quem canonicatum cum praebenda capitulari in divi Jacobi Lovanii permutavit; hicque a diligentia singulari in frequentandis officiis divinis non parum exstitit commendabilis, atque in hac collegiata insigne quoque moriens reliquit pietatis monumentum, cum conveniente dote assignata curavit, ut officia per octavam festi Corporis Domini solemniori ritu celebrarentur.

Anno 1702, literis datis Neoburgi ad Danubium 5 januarii per comites Fuggeros primum collegii hujus Miliani receptor constitutus fuit, et aliis literis datis 20 aprilis ejusdem anni ejusdem hujus collegii praesidentia adauctus fuit.

Alardus Van den Steen jansenismi postulatus, agente archiepiscopo Mechliniensi, sacrae theologie doctore Francisco Martin et aliis quibusdam, anno 1703 exulare cogitur atque interea substitutus est,quem Fabritius sibi successorem petierat, Martinus Caddan, Kilkeniensis Hibernus, qui anno 1678 alumnus Lilii 50us fuerat in scholis artium, tum vero sacrae theologiae licentiatus (mortuus ante 18 aprilis 1721).

Verum anno 1706, recuperato archiduci, deinde imperatori. Carolo VI, Belgio, Alardus collegii regimen resumpsit. Qui postmodum annis 1707 et 1720 rector Academiae praefuit, constitutioni *Unigenitus* subscripsit ac pedum dolorem, qui gressum impediebat, sexennio passus, anno 1744 ad plures abiit. Positum est illi epitaphium medio choro ad divum Jacobum, in haec verba conceptum : REVERENDUS AC AMPLISSIMUS | DOMINUS ALARDUS VAN DEN STEEN | DORDRACENUS PRESBYTER | PROTONOTARIUS APOSTOLICUS | GYMNASII SANCTISSIMAE | TRINITATIS PER DECEM ANNOS | REGENS, DEIN COLLEGII MYLII | PER QUADRAGINTA DUOS ANNOS | PRAESES AC TOTIDEM HUJUS | ECCLESIE CANONICUS DOTATO | PER OCTAVAM CORPORIS CHRISTI | OFFICIO FUNDATAQUE IN | PRAEDICTO GYMNASIO PRO | DILIGENTIORIBUS BURSA BENEFACTOR | AETATIS ANNO OCTOGESIMO PRIMO | VIVERE DESIIT ANNO MILLESIMO SEPTUAGENTESIMO QUADRAGESIMO | QUARTO VIGESIMA SECUNDA JULII | R. I. P.

Petrus Van Horich, Bruxellensis, capellanus regius concilii financiarum Bruxellis, factus 23 junii 1699 cathedralis Brugensis canonicus; quam praebendam coram S. D. N. Clemente XI permutavit cum Judoco Wielemans, Bruxellensi, qui possessionem adiit 13 julii 1709. Obiit Lovanii 17.. vice praeses hujus collegii Miliani. Vide *Compendium capituli Brugensis*, p. 192.

Vacante praesidentia per obitum Alardi Van den Steen, die 27 julii 1744 per provisores Guyaux, Van Buggenhout, Schotte et Van den Broeck, constitutus fuit collegii administrator R. D. Ludovicus de Batty, ex Beauraing, presbyter, canonicus ad sanctum Jacobum Lovanii, tum et 13 decembris ejusdem anni 1744 constitutus fuit receptor ad interim. Erat etiam orphanotrophii Lovaniensis receptor. Obiit Lovanii 13 aprilis 1776; sepultus ad sanctum Jacobum. Reliquit fundationem bursarum pro suis consanguineis. Testamentum ejus clausum fuit 2 junii 1775 (coram Wirix).

VI. Henricus Ferdinandus Josephus de Litisky Van Schenau, Lovaniensis, filius N..., lieutenant-colonelli, et Catharinae P. C. Malcorps, anno 1725 e paedagogio Porci 131us, juris utriusque licentiatus, ad divum Jacobum Lovanii canonicus, constitutus est collegii hujus praeses a Fuggeris et installatus 2 augusti 1745; regimenque capessit 28 ejusdem mensis. Praesidentiae immoritur 1 januarii 1772.

VII. Theodorus Josephus De Wint, Bruxellensis, ex pastore sancti Nicolai in urbe patria constitutus fuit hujus collegii praeses et receptor per literas patentes Caroli comitis de Fugger de Kirchberg, datas in Mehren 4 aprilis 1772, in quibus ipsi injungitur « ut omnia et singula, quae tum in transactione de anno 1632 et 1633, tum in statutis collegii ordinata et disposita sunt, et quae in posterum a nobis pro exigentia rei ordinanda et statuenda esse judicaverimus, assidue observentur et adimpleantur, insuperque juribus nostris nequidquam derogatum iri. » Juramentum praestitit in manibus J. G. Moulan, rectoris Universitatis, 21 aprilis 1772. Obiit 13 junii 1790.

VIII. Augustinus Barjon, Furaeducensis, natus 25 februarii 1755, presbyter, sacrae theologiae baccalaureus formatus, collegii hujus alumnus, et ob infirmitates domini De Wint eidem in praesidentia coadjutor seu vicepraeses datus, constitutus fuit hujus collegii praeses et receptor 14 julii 1790. Suppressa Universitate, Lovanii domicilium habuit in parochia sanctae Gertrudis in platea nunc dicta *de Vaertstraet* in domo seu apud dominum Van der Buecken; ibidemque obiit 13 januarii 1827; sepultus in Herent.

III. Fondation boursière du collège de Luxembourg.

Il n'y eut, au collège de Luxembourg, d'autre fondation boursière que celle du fondateur Jean Milius.

Etat actuel du revenu de la fondation boursière du collège de Luxembourg (1).

Fondation administrée par la commission provinciale du Brabant.

	Revenu Frs	Cts
1. Milius (Jean), fondateur du collège, . . .	19053	93

IV. Note complémentaire pour l'histoire du collège de Luxembourg.

A la suppression de l'Université en 1797, les bâtiments du collège de Milius ne furent pas aliénés par le prytanée français de Saint-Cyr; ils devinrent donc plus tard la propriété de la ville de Louvain. Ces bâtiments, construits, en 1755, par les soins du président de Litisky, existent encore aujourd'hui. Ils furent convertis en maison d'arrêt et en caserne des pompiers sous le gouvernement hollandais. Depuis le 4 octobre 1852 ils servent à l'école moyenne de garçons.

(1) Nous indiquons le revenu actuel d'après le compte de l'année 1879-1880.

24. Collège pastoral Irlandais.

Ce collège était destiné exclusivement à former de jeunes ecclésiastiques pour le ministère paroissial en Irlande. Aussi l'appelait-on en latin *collegium pastorale hibernicum*, c'est-à-dire *collège pastoral Irlandais*. Il était situé rue *des Orphelins* entre l'orphelinat de garçons et la rue *de Diest*, à l'endroit occupé actuellement par les maisons portant les numéros 6 et 8.

Les étudiants y étaient admis dès la rhétorique et ils pouvaient y demeurer pour l'étude de la philosophie et de la théologie.

Une notice sur ce collège a paru dans le tome I de l'ouvrage anglais intitulé : *The historical works of the right rev. Nicholas French, D. D., bishop of Ferns.* Dublin, James Duffy, 1846; vol. in-32; elle y occupe les pages xvii-liv. Nous l'utiliserons pour compléter les renseignements fournis par Paquot et Bax.

Collegium pastorale Hibernorum.

Auctor collegii hujus fuit illustrissimus dominus Eugenius Matthaus, vulgo Mathew, (Mac-Mahon, uti addit Bax), archiepiscopus Dublinensis in Hibernia (1). Is Romae agens anno 1624, cum inopiam sacrorum in Hibernia praeconum et pastorum exponeret, movit ad hoc patres, qui e cardinalium collegio recens institutae *de propaganda fide* congregationi assidebant. Itaque eodem anno, postridie kalendas decembris, emanavit Pauli V, pontificis maximi, decretum.

Empta in usum collegii 25 februarii 1626 (2) et collegii

(1) « Auctorem primum agnoscit illustrissimum virum Eugenium Matheaum, vulgo *Mathews*, archiepiscopum etc. » Ita Paquot.

(2) Non 1623, ut asserit Valerius Andreas. In instrumento venditionis in collegio olim asservato habebatur 1626.

usibus sensim aptata est domus; et subsidia quaedam praeter ea, quae dictus antistes E. Matthaeus contulit, per sacram illam congregationem novo huic pastorum ac missionariorum seminario numerata consignataque fuerunt. Recipiuntur in hoc collegium, qui ex Hibernia sunt oriundi. Studere autem rhetoricae, philosophiae ac theologiae possunt, ad animarum curam deinde in patriam remittendi; imo qui ad bursas hic fundatas accedunt non consanguinei fundatorum a philosophia saltem initium studiorum hic facere debent. Collegii prospector est apostolicus in Belgio nuntius, qui et praesidem constituit.

Huic collegio incorporatum fuit sacellum sancti Nicolai (vide coram Berckmans, ante ante 27am aprilis 1637).

Verum, rebus collegii ob minus recte procuratam gestamque administrationem mox sub initiis in pejus labentibus, quia idem collegium ad curam sacrae congregationis *de propoganda fide* pertinere aliquo modo videbatur, auctoritate apostolica per illustrissimum dominum jurisdictionis pontificiae in Belgio administratorem Paulum Stravium 3 martii 1636 constituti fuerunt dicti collegii provisores eximius dominus Joannes Schinckelius, sacrae theologiae doctor et professor, et clarissimus dominus Jacobus Santvoert, juris utriusque doctor et pontificii professor primarius; novusque praeses anno 1638 institutus fuit Matthaeus Theige, presbyter Oratorii, postea sacrae theologiae doctor, canonicus et cantor ad divum Petrum Lovanii, ac nova regiminis forma praescripta et introducta in collegium. Inter benefactores illius est dictus dominus Schinckelius, mortuus anno 1646. Ita Paquot.

Portae hujus collegii legitur insculpta haec inscriptio : Collegium pastorale hiberniae Ao 1642.

Richardus Pauli Stravius, Taxander, e vico de Broeckhem, territorii Borchloniensis, juris utriusque doctor, et in Romana curia olim practicus et refendarius, anno 1634 per papam Urbanum VIII constitutus apostolicae sedis internuntius ad aulam Bruxellensem residens; item in ecclesia

metropolitana Cameraci canonicus et archidiaconus Brabantiae; anno 1642 ab electore principe Ferdinando Bavaro assumptus in suffraganeum atque vicarium generalem pro sua dioecesi Leodiensi, consecratur Bruxellis per archiepiscopum Mechliniensem Jacobum Boonen titulo episcopali Dionysiensi. Oblatum sibi post haec Ruraemundensem episcopatum recusavit. Leodii decessit anno 1654, aetatis 63°; sepultus apud Ursulinas, quarum insignis fuit benefactor. Frater ejus Georgius Pauli Stravius eodem tempore fuit episcopus Joppensis ac pro dioecesi Coloniensi suffraganeus, metropolitanae ac sanctae Ursulae ecclesiarum Coloniensium canonicus capitularis, etc, fato functus anno 1657, aetatis 54°.

Leguntur affixae muro horti olim hujus collegii sequentes inscriptiones : EXCELLENTISSIMUS D. JOSEPHUS | SPINELLUS ORIUNDUS EX MAR | CHIONIBUS TUSCALDIAE ET PRINCI | PIBUS S. ARCHANGELI IN REGNO | NEAPOLITANO ABBAS S. CATHARI | NAE NECNON APOSTOLICUS BELGII | INTERNUNTIUS POSUIT DIE | 27 JAN^rii ANNI 1732; et : EXCEL. D. IGNATIUS BUSCA | ARCHIEPISCOPUS EMESENUS | PATRITIUS MEDIOLANENSIS | ABBAS S. PETRI ET COLACERI | NECNON APOSTOLICUS | BELGII ETC. NUNTIUS | POSUIT | DIE 27 JAN^rii 1781. Hae inscriptiones, parvo lapidi incisae, positae fuerunt occasione adventus nuntiorum apostolicorum, qui a sacra congregatione *de propaganda fide* erant constituti collegii Hibernici summi moderatores.

II. Praesides collegii pastoralis Hibernici.

I. Primus hic praesidem egit NICOLAUS AYLMERUS, vulgo *Aylmer*, Hibernus, protonotarius apostolicus. In praesidentia erat adhuc 28 maji 1628; hanc vero dein dimisit, vivebatque adhuc Lovanii octogenarius 6 maji 1658 (coram Le Noire).

II. EMERUS MATTHAEUS, postmodum Dunensis et Cloghe-rensis in Hibernia episcopus, ut *Fasti academici* testantur p. 407, secutus est Aylmerum in praesidentia.

III. Emero Matthaeo in praesidentia successit NICOLAUS

French, de quo agit Hellin in sua *Histoire chronologique du chapitre de Saint-Bavon*, 53.

Nicolaus French, episcopus et suffraganeus illustrissimi D. Eugenii Alberti d'Allamont, Gandavensium episcopi, cum hic in Hispaniam anno 1673 profectus esset. Natus in Hibernia, in comitatu Wexfordiensi, circa annum 1604, Lovanii studia absolvit collegii hujus Hibernici alumnus; in quo dein praesidem egit. Hinc in Hibernia missionarius zelosissimus ab Innocentio X, pontifice maximo, creatur anno 1648 dioecesium unitarum de Fernes et Laghlin, suffraganearum metropolis Dublinensis, episcopus; ubi, quo diligentius gregi suo invigilat, eo majores ab haereticis persecutiones patitur, ovesque, quas per quinquennium paverat, derelinquere coëgerunt. Primum apud Compostelli episcopum in Hispania se recepit; inde apud dominum cardinalem Parisiensem; demum apud Gandavensium episcopum d'Allamont. Obiitque Gandavi 23 augusti 1678, aetatis anno 74°; sepultus in ecclesia parochiali sancti Nicolai, quae etiam collegiata est sanctae Pharaildis, ad pedem altaris primarii sub lapide sepulchrali marmoreo albo cum inscriptione : D. O. M. | SISTE VIATOR AUDI LEGE LUGE | JACET HIC | ILLUSTRISSIMUS AC REVERENDISSIMUS PRAESUL | NICOLAUS FRENCH | FERNENSIUM IN HIBERNIA EPISCOPUS HUMULIS | SACRAE CAPELLAE PONTIFICIAE COMES ASSISTENS | SUPREMI CONCILII REGNI HYBERNIAE CONSILIARIUS | AB EODEM AD INNOCENTIUM X PAPAM CUM AUTHORITATE DEPUTATUS | ILLUSTRISSIMORUM AC REVERENDISSIMORUM | EPISCOPORUM S. JACOBI IN GALLICIA | PARISIENSIS IN GALLIA AC DEMUM GANDENSIS IN FLANDRIA | COADJUTOR INDEFESSUS | HAERESIARCHARUM AC HAERETICORUM TAM VERBO | QUAM CALAMO PROFLIGATOR ACERRIMUS | COLLEGII PASTORALIS HYBERNORUM LOVANII ALUMNUS | MAGISTER PRAESES BENEFACTOR | FUNDATA BURSA 180 FLOR. ANNUE | IN PERPETUUM PRO CAPACIORIBUS | INGENIIS | TANDEM EXULATUS SUI A DILECTIS PATRIA EPISCOPATU ET GREGE OB FIDEM ANNO 25 | ... HOC MARMORE TEGITUR | ...

Eum anno pene ab obitu vertente, hoc est 19 julii 1679, funebri oratione prosecutus est Thomas Stapletonus, juris utriusque Lovanii doctor ac professor.

Symbolum, huic praesuli sane quam aptum, fuit : Virtus

IN AUGUSTINS. Insignia : *de sinople au lion d'or à un treillis d'argent sur le tout.*

IV. EDMUNDUS REILLY, Dublinensis itidem Hibernus; praeses hujus collegii reddit primum suum computum 8 julii 1636, in quo fit mentio de antiquo collegio. Inventarium omnium documentorum invenitur coram Berckmans 24 aprilis 1637; unde tum praesidentiam videtur deseruisse, vel obiisse. Ita BAX.

« Postea Armachanus episcopus eoque titulo Hiberniae primas. » Ita PAQUOT. Videsis NIC. FRENCH, *Historical works*, I, p. XXXVII.

V. EDMUNDUS FERALL, Hibernus, memoratur ut praeses in *Fastis academicis*, p. 407. Apud Berckmans vocatur ad 27 aprilis 1637 vicemoderator hujus collegii, verosimiliter tunc surrogatus Edmundo Reilly. Factus postea vicarius generalis archiepiscopi Dublinensis in Hibernia.

VI. HUGO GALLACHURIUS. « Sub horum regimine, quod XII tantum annorum fuit, res collegii ob praesidum frequentem absentiam, atque adeo minus curatam administrationem, in pejus labebantur; cumque idem collegium ad curam sacrae congregationis *de propaganda fide* pertinere aliquo modo videretur, auctoritate apostolica, ut jam supra dictum est, per illustrissimum jurisdictionis pontificiae in Belgio administratorem Richardum Pauli Stravium 3 martii 1636 constitutis dicti collegii provisoribus Joanne Schinckelio, sacrae theologiae, et Jacobo Santvoert, juris utriusque doctoribus ac professoribus, novus itidem 6 septembris 1638 praeses constitutus est Matthaeus Theige. » Ita PAQUOT.

VII. MATTHAEUS THEIGE, Hibernus, anno 1622 in artibus octavus, sacrae theologiae baccalaureus formatus, congregationem Oratorii Lovanii ingressus anno 1630, praeses constitutus est anno 1638, eodemque anno, 23 novembris, creatur sacrae theologiae doctor. Obiit in suo collegio 9 novembris (non decembris) 1652; sepultus in divi Petri cum epitaphio.

« Is novam regiminis formam induxit ac statuit, et collegium ad eum nitoris apicem perduxit, ut nulli optimo constitutorum collegiorum cedere videretur, quemadmodum dicti provisores ipsaque Universitas testatum fecit documento quodam 8 maji 1645 dato, quod in collegio servatur. » Ita Paquot.

VIII. Walterus Enos, Dublinensis, a memorata aliquoties congregatione, quae eumdem annuo stipendio jam donaverat, hujus collegii praeses octavus, kalendis quintileis (1653), eligitur in ipsa Urbe, quo se fuga receperat ab haereticis in patrio oppido, ubi pastorem agebat, multa pro fide passus et carcere dilapsus. Idem Academiae Duacenae 22 decembris 1627, rectore Gaspare Nemio, quaestore Georgio de Spira, juris utriusque doctore, adscriptus fuerat; ibidem anno 1630 kalendis octobris artium licentiatus, et 23 maji 1635 sacrae theologiae baccalaureus formatus, deinde in Academia Remensi theologici doctoris pileum sumpsit nonis februarii 1638; Lovaniensi vero inscriptus seu immatriculatus fuit anno 1654 postridie eidus januarii, et collegii Hibernici habenas moderatus est ad diem 6 septembris 1668, cum senio gravis, qui sequitur, praesidentiae coadjutorem accepit; et lapso quadriennio defunctus, ad santum Michaëlem sepultus est undecimo kalendas septembris 1672.

IX. Successit Joannes Sullivane, Donkieranensis Hibernus, anno 1657 in artibus e Porco quintus; dein lector in abbatia Lobbiensi, postea in Hibernia missionarius; inde anno 1666 revocatus ab internuntio apostolico in Belgio, ab eodem praeses collegii Hibernici anno 1672 constituitur. Anno 1682 creatur sacrae theologiae doctor. Dum praesidentiam hujus collegii gereret, circa annum 1689 praesidi collegii Driutiano Petro Damman coadjutor datus, eoque defuncto anno 1692, praeses constitutus fuit; hanc tamen praesidentiam anno 1695 deserere oportuit, cum alius a fundatore Driutio vocatus se offerret; reversusque est ad hoc suum collegium Hibernicum, cujus praesidentiam gessit saltem ad annum usque 1697, dum hanc dimisit in favorem Florentii Sullivane, sui ex fratre

nepotis, vel hunc in coadjutorem assumpsit. Obiitque Joannes Sullivane, sacrae theologiae doctor Romanus, etc., 26 maji 1699, aetatis anno 66°.

Habet epitaphium in ecclesia de Herent, ubi legitur : COLLEGII HIBERNORUM PRAESES ET BENEFACTOR. OBIIT IN VILLA (1) 26 MAJI 1699.

X. FLORENTIUS SULLIVANE, Kiriensis Hibernus, natus anno 1655, anno 1683 in artibus e Lilio sextus, dein in hoc collegio Hibernico sacrae theologiae alumnus; anno 1692, vel forte jam ante 1690 (nam mense augusto 1692, erat sacrae theologiae licentiatus et intrans facultatis artium, id est deputatus a facultate ad eligendum rectorem Universitatis, et praeses collegii Hibernici), successor datus praesidi Joanni Sullivane, qui tunc collegio Driutiano praeerat. Tum anno 1697, Joanni praesidentiam dimittenti, vel anno 1699 morienti, iterum collegio Hibernico praeficitur Florentius. Anno 1698 creatur sacrae theologiae doctor. Obiit 19 augusti 1731, circa undecimam nocturnam, improvisa morte, ex cicatricibus contractis per lapsum ex monte *Roesselberg*, qui intersectus est annis 1730 et 1731, dum sternebatur via lapidea. Sepultus est in divi Jacobi cum epitaphio.

XI. STEPHANUS DOMINICUS DE LAITTRES, a Brania Comitis, sacrae theologiae licentiatus et collegii pontificii lector, constitutus fuit post mortem Florentii Sullivane collegii hujus praeses vel administrator praesidentiae. Sed, cum non esset genii Hibernici, brevi post dimisit, reversusque est ad suum lectoratum. Creatus 5 augusti 1732 sacrae theologiae doctor, obiit in collegio Atrebatensi, cui praeerat, 8 septembris 1773, aetatis anno 77°.

XII. JOANNES KENT, Waterfordiensis Hibernus, anno 1719 in artibus e Castro 59us, dein ad sanctum Joannem Baptistam

(1) La *villa* dont il est ici question n'est autre que *la court de Tuïkom*, *'t hof van Tuïcom ou Tudikem*, ferme qui existe encore aujourd'hui entre Velthem et Herent, et appartient aux fondations boursières de l'ancien collège d'Irlande.

in urbe Trajectensi vicepastor et collegii Hibernici Antverpiae rector, collegii hujus praeses constituitur 10 junii 1732. Gradum licentiae in sacra theologia obtinuit 8 junii 1733. Canonicus primi subsellii ad divum Petrum et protonotarius apostolicus. Obiit Lovanii, in collegio suo, 11 novembris 1778; sepultus ad divum Petrum in sacello sancti Caroli Borromaei.

« Proverbium, ait Bax, *slempodium Kent*, ex eo quod tractamentum datum non fuerat in actu licentiae. »

XIII. Petrus Macve, Kilmoriensis Hibernus, anno 1767 in artibus e Lilio 35us, sacrae theologiae baccalaureus formatus, factus primum 9 octobris 1773 professor grammatices Hallis in Hannonia, extinctis eo anno Jesuitis, qui ibidem docebant; inde anno 1777 in scholis regiis, quae similiter Antverpiae post extinctionem Jesuitarum erectae erant, professor itidem grammatices. Anno 1778, ab illustrissimo Ignatio de Busca, archiepiscopo Emesceno, tunc pro Belgio inferiori ad aulam Bruxellensem nuntio apostolico, ac dein sacrae Romanae ecclesiae cardinali, constitutus fuit collegii hujus praeses, atque in possessionem missus 16 novembris ejusdem anni. Licentiae gradum in sacra theologia 13 februarii 1781 obtinuit. Obiit subitanee 7 decembris 1792.

XIV. Franciscus o Hearn, Lismorensis Hibernus, succedit Petro Macve initio anni 1793. Anno 1773 in artibus e paedagogio Castri nonus; professor syntaxeos in collegio sanctissimae Trinitatis 2 octobris 1776, et 5^a^ ejusdem mensis admissus ad concilium facultatis artium. Ad cathedram rhetorices in eodem collegio 23 aprilis 1781 promotus, ibidem docuit usque ad annum 1793 ineuntem, quando constituitur collegii pastoralis Hibernorum praeses; 16 julii ejusdem anni fit eloquentiae christianae professor, et anno 1795 cathedralis Brugensis canonicus. Extincta Universitate anno 1797, in patriam reversus, parochiam sancti Thomae in urbe Waterfordiensi administravit, ibique obiit 21 octobris 1801.

III. Fondations boursières du collège Irlandais.

1. *Mathew*, archevêque de Dublin, fondateur du collège, donna, en 1624, un capital de 2000 florins, rapportant un

intérêt annuel de 48 florins. La même année, il donna encore, pour une deuxième bourse, un autre capital de 2871 florins, produisant environ 100 florins d'intérêt.

2. *Jacques Normel*, de Clonmel en Irlande, curé de l'hôpital de Malines, décédé le 8 juillet 1653, légua une somme de 993 florins pour la fondation d'une bourse au collège Irlandais.

3. *Hugues Mauricij* ou *Mauritius*, de Connaught (*Conaciensis*), bachelier formel en théologie, vicaire de Buggenhout près de Termonde, mort le 20 février 1680, légua par testament un capital de 2373 florins pour la fondation de bourses au collège Irlandais.

4. *Roger Nottingham*, *Lageeniensis Hibernus*, curé de Saint-Nicolas à Gand, donna, en 1692, un capital de 1000 florins pour la fondation d'une bourse.

5. *Mathieu Theige*, septième président du collège, légua par testament une somme de 5702 florins pour la fondation de bourses.

6. *Nicolas French*, troisième président du collège, fonda par testament une bourse de 180 florins.

7. *Thomas Hurley*, de Limerick en Irlande, bachelier formel en théologie, curé de l'hôpital de la Biloque à Gand, chanoine de Sainte-Pharaïlde dans la même ville, mort le 6 mars 1697, légua par testament une somme de 3200 florins pour la fondation de bourses.

8. *Arnold Conolly*, dit aussi *Smith*, curé de Tilbourg (?) dans le Brabant septentrional (1).

9. *David* et *Paul Roche*. Ce dernier, curé de Wexford en Irlande, mort le 18 juillet 1736, donna, en 1727, en sa qualité d'exécuteur tstamentaire de son oncle David Roche, curé de Forth en Irlande, un capital de 6008 florins pour la fondation de bourses.

(1) Schutjes, dans sa *Geschiedenis van het bisdom 's Hertogenbosch*, ne cite pas Conolly parmi les curés de Tilbourg.

10. *Raymond Magrath*, Irlandais de naissance, médecin de l'armée de Sa Majesté impériale, mort à Crajow en Valachie, donna, en 1780, une somme de 9402 florins pour la fondation de bourses.

11. *Edmond Trohy*, de Tipperary en Irlande, licencié en médecine et médecin de la ville et de la citadelle d'Anvers, mort le 3 juin 1718, légua un capital de 4585 florins pour la fondation de bourses.

12. *Hélène Duignan* donna, en 1770, une somme de 7848 florins pour la constitution de bourses.

13. *Thomas Tyrrell*, probablement de Westmeath en Irlande, fournit, en 1771, un capital de 4800 florins pour des bourses.

14. *Colomba Morgan*, de Dublin, donna, en 1777, une somme de 7044 florins pour des bourses.

15. *Jean Kent*, douzième président du collège, lègua par testament 7007 florins pour la fondation de bourses.

16. *O'Brien*, évêque de Cloyne en Irlande, donna 217 florins pour des bourses, et 225 florins pour le prêtre qui célébrait journellement la sainte Messe à la chapelle du collège Irlandais.

17. *Jean Sullivane*, neuvième président du collège, légua par testament une somme de 732 florins pour une ou plusieurs bourses.

18. *Florent Sullivane*, dixième président du collège, légua une somme de 1998 florins pour des bourses.

19. Outre les fondations que nous venons d'énumérer, le collège Irlandais possédait un capital de 8000 florins environ, provenant de la générosité du *pape Urbain VIII*, de *Mathieu Prosser*, marchand à Bruges, et de *Jean Schinckelius*, professeur de théologie et proviseur du collège Irlandais depuis 1636.

État actuel des revenus des fondations annexées autrefois au collège Irlandais (1).

A. *Fondations administrées par la commission provinciale du Brabant.*

Fondateurs.	Revenus. Frs	Ces
1. Duignan (Hélène)	17	50
2. Hurley (Thomas)	152	87
3. Kent (Jean)	1197	77
4. Magrath (Raymond)	42	50
5. Mauricii ou Mauritius (Hugues)	548	61
6. Morgan (Colomba)	0	00
7. Nottingham (Roger)	1754	08
8. O'Brien, évêque de Cloyne	0	00
9. Roche (David et Paul)	2454	81
10. Sullivane (Florent)	973	05
11. Tyrrell (Thomas)	0	00
12. Trohy Edmond)	0	00
13. Le pape Urbain VIII, Prosser et Schinckelius,	1837	69

B. *Fondations administrées par le bureau du séminaire de Malines.*

1. Conolly (Arnold)	146	11
2. French (Nicolas), évêque de Ferns,	231	50
3. Mathew (Eugène), évêque de Dublin,	172	94
4. Normel (Jacques)	233	47
5. Sullivane (Jean).	9568	83
6. Theige (Mathieu)	1302	65

IV. Note complémentaire pour l'histoire du collège Irlandais.

A la suppression de l'Université en 1797, les bâtiments du collège Irlandais ne furent pas aliénés par le prytanée français de Saint-Cyr; ils devinrent, par conséquent, plus tard la propriété de la ville de Louvain, qui en céda l'usage, en 1806, à la loge maçonnique. En 1835, les bâtiments de l'ancien collège Irlandais furent convertis en habitations privées.

(1) Dans ce tableau nous indiquons les revenus actuels des anciennes fondations d'après le compte de l'année scolaire 1879-1880.

25. Collège de l'ordre Teutonique.

Ce collège, situé dans la rue *de Bruxelles*, vis-à-vis de la porte d'entrée du couvent de l'hôpital Sainte-Élisabeth aujourd'hui dit de Saint-Pierre, était destiné exclusivement à des étudiants en philosophie et théologie de l'ordre Teutonique.

I. Collegium ordinis Teutonici.

Anno 1624 erectum est cura ac munificentia generosissimi viri Emundi Huyn ab Amstenraedt, equitis, ex comitibus de Huyn, provincialis ordinis Teutonicorum equitum, provinciaeque Juncetanae *(der Oude Biesen*, gallice *des Vieux-Joncs)* commendatoris, domini temporalis in Gemert, Gruytrode, Fano sancti Petri ad Furam, Hoesselt, Damers, etc. Pater ejus, nomine Gaspar, erat dominus in Hausen; mater vero erat Maria de Reusschenberg de Setterich (1).

Sepulchrum habet ille ad Juncos, ubi lapidi insculpta ejus insignia gentilitia.

Ejus effigies picta asservatur in hoc collegio. Ejusdem effigies, nunc fracta, fuit in fenestra ambitus Carthusiae Lovaniensis, ubi etiamnum legitur : [heer] emondt huyn van amstenraedt, landtcommandeur der baley biessen teutschen ordens ridder, vry grontheer tot ghemert, grutroy und sant peters voeren, etc. anno 1611.

Hic igitur, praeclaro instituto comparatis vectigalibus, subsidia in collegio jam erecto opima alendis sex studiosis consignavit, quae tamen haud ita multo post ad quatuor bursas redacta sunt. Debent autem ii studiosi philosophiae primum, deinde theologiae dare operam; postea, ubi sacerdotio initiati fuerint ad ordinem reverti, anno illic probari, demum aucto-

(1) Voyez sur Huyn van Amstenraedt : Habets, *De studiebeurzen in Neerlandsch Limburg*, p. 142.

ritate provincialis sui cruce ejusdem ordinis insigniendi. Tamdiu autem fas illis est in collegio manere, quamdiu provinciali visum, qui, ut musicam quoque hic addiscant, aliquando decrevit.

Porro situm est collegium ad viam Bruxellensem, haud procul Dilia flumine, e regione portae majoris xenodochii Lovaniensis, ubi domum habuerunt patres Carmelitae, quos veteris observantiae vocant, datam sibi a senatu populoque Lovaniensi die 2 augusti 1614. Qui, ut hanc a se abdicarent, eo, ubi nunc habitant, migraturi, veniam eis dedere Paulus papa V anno 1616, pridie nonas martii, tum Albertus et Isabella, Belgii principes, 28 aprilis. Atque ut ad hujus collegii fundationem Teutonicis equitibus venderetur, indulsit Academiae rector Joannes Wiggers anno sequenti, decimo sexto kalendas junii.

On conserve encore aujourd'hui (1885), aux archives de Maestricht, un livre des revenus de l'ancien collège Teutonique depuis l'année 1726 jusqn'en 1750; il est intitulé : *Registrum manuale proventuum collegii ordinis Teutonici Lovanii, consistentium tam in granis ex agris quam in pecuniis ex reditibus, domibus, aliisque fundis provenientibus per me Guilielmum Franciscum Cox, ordinis Teutonici presbyterum, successori meo reverendo domino Meurs, ordinis Teutonici presbytero, tanquam praesidi dicti collegii traditum hac* 12 *julii* 1726.

De ce registre il résulte que le collège possédait des terres et des cens à Tourinnes-la-Grosse ou Saint-Lambert, à Tirlemont, Hougarde, Autgaerden, Stock sous Bunsbeek ou Hautem-Sainte-Marguerite, Bost, Lubbeek, Neerlinter, Bruxelles, Anvers, Maestricht, Louvain, Saint-Géry, Gentinnes, Weert-Saint-Georges, Walhain, Werchter, Wildre, Heverlé, Lovenjoul, Campenhout, au Vrebos sous Everberg, à Meerbeek près d'Everberg, Bierbeek, Hoxem près d'Oirbeek, Westerloo, Sluys, Vlasselaer sous Nieuwrhode ou Wesemael, Winxele et Caggevinne près de Diest.

II. Praesides collegii Teutonici.

Praefuerunt huic collegio ;

I. Laurentius Keysers, Gemertanus, sacrae theologiae baccalaureus formatus, assumptus anno 1621. Verosimiliter idem, qui anno 1610 e paedagogio Porci promotus est secundus, scilicet Laurentius Keysaert, Gemertanus.

II. Joannes a Cauwenberch, presbyter ordinis Teutonici, electus anno 1624 (inter 25 junii et 7 decembris). Postquam praesidis vices aliquamdiu obiisset, ei successit anno 1627

III. Martinus Sebastiani Caverenne, Scyensis seu ex Scy, qui vicus est oppido Condrusorum Cinaco (Ciney) uno sesquimilliari dissidens, sed in ditione Namurcensi. Juris utriusque licentiatus, ab anno 1611 paedagogii Porci regens, paedagogium hoc novis ac splendidis aedificiis ita donavit, ut alter gymnasii Porcensis conditor jure dici possit. E regente fit anno 1627 collegii hujus Teutonici praeses, et eodem anno, mense augusto, Academiae rector eligitur; adhaec fuit in divi Petri primae fundationis canonicus. Collegio huic Teutonico praefuit usque ad annum 1643.

Condidit testamentum 14 octobris 1647 coram Berchmans, relinquens fundationem bursarum in collegio Standonico, insuper in begginagio veteri Lovanii ad sanctam Gertrudem fundavit conventum cum undecim bursis in honorem sancti Martini, episcopi Turonensis. Obiit 4 novembris 1647; sepultus in divi Petri apud suggestum cum hoc epitaphio : H. S. E. | R. D. Martinus Caverenne Scyensis J. U. L. hujus | ecclesiae canonicus | Obiit an. cIↃ. IↃC. xlvi. | die iv novemb. | aetatis lxxvi | Requiescat in pace.

In minori seu veteri begginagio Lovanii supra portam conventus sancti Martini, episcopi, legitur sequens inscriptio cum effigie ejusdem sancti Martini : D. O. M. | et S. Martini episc. turon. honori | hunc conventum cum xi bursis fundavit | R. D. Martinus Sebastiani vulgo Caverenne, | Scyensis J. U. L. in D. Petri Lovanii. canon. senior. | obiit die iv novembris anno cIↃ. Ↄ. cxlvii | aetatis anno lxxvi | Requiescant in pace.

IV. Hermannus Fabricius, ordinis Teutonici presbyter, succedit anno 1643 Martino Caverenne. Qui postea fuit persona ecclesiarum parochialium sanctorum. Andreae et Gengulphi in urbe Leodiensi.

V. Joannes Finiers, presbyter. Decessit Lovanii anno 1659; tumulatus in aede principe pridie kalendas aprilis.

VI. Thomas Vervoort, Gemertanus, ordinis Teutonici sacerdos, olim Porcensis gymnasii alumnus, et anno 1643 61us in scholis artium. Qui collegium in meliorem ac splendidiorem ordinem redegit, ac, postquam ei quinquaginta annis paefuerat, regimen senectutis causa dimisit anno 1709; rediitque ad sui ordinis domum Trajectensem, ubi nonagenarius obiit anno 1712. Ejus effigies prostat in hoc collegio.

VII. Joannes Baptista Schepers, ex Autgaerden prope Hugardiam, antea pastor in Gruytroede seu Grutroy. Qui maligna febri anno aetatis 56°, Christi 1715°, decimo sexto kalendas februarias, extinctus, depositus est in templo Augustinianorum.

VIII. Joannes Quadvlieg, ex Baedenberg, in agro Roldu-censi. Discessit hinc anno 1718, creatus pastor ad Veteres Juncos, ubi et diem supremum obiit.

IX. Wilhelmus Franciscus Cox, Gemertanus, factus deinde anno 1725, aetatis suae 34°, persona ad sanctum Andream Leodii, ibique defunctus.

X. Philippus Meurs, Mosae-Trajectinus, successit Willemo Francisco Cox anno 1726. Is lenta tabe consumptus obiit anno 1732; depositus apud Fratres Minores. Imago ejus picta cernitur in hoc collegio.

XI. Gerardus Quaedbach, ex Eupen, in ducatu Limburgensi. Migravit hinc anno 1736, designatus pastor in Overrepen juxta Tungros, ibidemque e vivis excessit anno 1738.

XII. Joannes Dullens, ordinis Teutonici presbyter (ut ceteri praecedentes dempto tertio), patre Joanne, matre Elisabetha

Cupers, in comitatu de Geleen, agri Falcoburgensis, natus, sexto eidus martias 1706. Regimini admovetur die 17 novembris 1736. Extat ejus effigies in collegio depicta. Obiit in eo die 6 januarii 1761; sepultus apud Fratres Praedicatores in ala sinistra, addito hoc epitaphio : D. O. M. | Hic expectat resurrectionem R^dus adm. ac ampliss. D. D | Joannes Dullens ex Geleen | Falcoburgensis.

XIII. Herckenroth (1761 ad 1769).

XIV. Fredericus Ludovicus Smeysters, ex Bunde Falcoburgensis, natus mense januario 1738, ordinis Teutonici presbyter, factus hujus collegii praeses anno 1769 ; insuper 26 aprilis 1785 canonicus primae fundationis in divi Petri per dimissionem D. Moulan, et postea etiam capituli secretarius et thesaurarius. Anno 1797 eamdem quam alii praesides, suppressa Universitate, sortem expertus est ; at inde in Borchloon secessit, ibidemque obiit 28 februarii 1809, aetatis 71 annorum (1).

III. Fundationes bursarum in collegio Teutonico.

1. *Martinus Sebastiani Caverenue*, Scyensis, collegii hujus praeses, testamento condito 14 octobris 1647.

État actuel des revenus des fondations annexées autrefois au collège de l'ordre Teutonique (2).

Fondateur.	Revenus. Frs	Cts
1. Huyn d'Amstenraedt (Émond), fondateur du collège, ...	1201	68

(1) Voyez sur Smeysters : Habets, *De studiebeurzen in Neerlandsch Limburg*, p. 143.

(2) Dans ce tableau nous indiquons le revenu actuel d'après le compte de l'année scolaire 1879-1880

IV. Note complémentaire pour l'histoire du collège de l'ordre Teutonique.

Après la suppression de l'Université en 1797, les bâtiments du collège de l'ordre Teutonique ne furent pas aliénés par le prytanée français de Saint-Cyr ; ils devinrent par conséquent plus tard la propriété de la ville de Louvain. Donnés d'abord en location, ils furent affectés dans la suite à l'école moyenne, et en 1853 à une école communale de filles pauvres. En 1866, on les convertit en caserne pour les pompiers, et depuis le mois de décembre 1880, on y a installé une école gardienne ou jardin d'enfants.

26. Collège de Malderus.

Ce collège, situé dans la rue *Saint-Martin* tout à côté de l'ancien prieuré du même nom (prieuré, dont les bâtiments et l'emplacement servent aujourd'hui de caserne de cavalerie), fut fondé, pour les études théologiques, par Jean Malderus, évêque d'Anvers et ancien professeur de l'Université de Louvain, en faveur : 1° de ses parents, qui pouvaient même en jouir pour les humanités dès qu'ils avaient atteint l'âge de douze ans; 2° de trois élèves en théologie du séminaire épiscopal d'Anvers; enfin 3° à défaut des deux premières catégories, étaient appelés, par voie de concours, les élèves distingués s'appliquant aux études théologiques.

I. Collegium domini Joannis Malderi.

Instituit reverendissimus dominus Joannes Malderus, Antverpiensis episcopus, familiae suae cum paternae tum maternae, sacraeque theologiae studiosis, coëmptis in eum usum aedibus, quas vir nobilis Ludovicus van den Temple, eques, praetor urbis Lovaniensis, inhabitare solebat. Has aedes per testamentum diei 26 julii 1633 reliquit collegio suo, Lovanii erigendo, cum aliis redditibus.

Natus est Malderus Leeuwis sancti Petri, in municipio territorii Bruxellensis ad secundum ab urbe lapidem, patre Zegero, matre Elisabetha Walravens, filia Joannis Walravens et Catharinae Goossens, probis honestisque parentibus. Laurea professioneque theologica in Academia Lovaniensi excelluit, praefuitque ibidem regio pastorum seminario; adsumptus hinc ad cathedram episcopalem Antverpiensem. Qua in dignitate vixit annos unum et viginti, finemque vitae fecit 21 octobris 1633. Virtutes ejus oratione funebri expressit Joannes Hemelarius, Hagae-Comitanus Batavus, ecclesiae cathedralis Antverpiensis canonicus.

Excerpta ex testamento Joannis Malderi, episcopi Antverpiensis in quibus fundationem collegii sui ordinat.

. . . . . .

. . . . . .

Praeses collegii mei Lovaniensis supra mensam suam et communem famulum habebit centum florenos in singulos annos. Sit autem sacrae theologiae licentiatus vel doctor. Omnia munimenta concernentia collegium meum in eodem asserventur. Praeses singulis annis circa festum sancti Joannis reddet computum; ipsum enim habere volo administrationem proventuum collegii.

. . . . . .

Si contingat, quod bonus Deus avertat! Lovanium obtineri ab hostibus religionis nostrae catholicae, in potestate provisorum eo eventu erit transferre fundationem nostram (ad tempus, quo ista occupatio duraret) ad alium commodum locum sibi placentem.

Bibliothecam meam relinquo collegio a me fundando. Eidem collegio do, lego omnia scripta mea theologica. De libris prohibitis relinquo judicio executorum meorum, quinam sint asservandi sub clausura, quinam vero flammis tradendi.

. . . . . .

Collegium autem meum Lovaniense fundo et doto in hunc modum : In primis domum et fundum integrum, prout eum emi a domino Ludovico Tempelio, drossardo Brabantiae, situm prope monasterium sancti Martini, vel ejus pretium, pleno jure reliqui et relinquo ad usum dicti collegii. Habeat autem pro dote reditus, quos emi tempore episcopatus mei, usque ad tria millia florenorum annue cum suis areragiis; et, si quid defuerit (nunc enim tantum habeo ejusmodi reditus usque ad 2892 florenos annue), illud supplebitur ex praedio de Berschot per haeredem meum statim a morte mea. In collegio autem volo singulas bursas esse centum florenorum annue. In his praeferri volo consanguineos, et inter eos magis mihi conjunctos iis, qui minus conjuncti fuerint. Et quamvis optem omnes, qui eis gaudebunt, fieri studiosos

theologiae, ne tamen consanguineis meis libertatem adimam, et ut citius ipsis subsidio sim ad literarum studia, volo descendentes ex sorore Joanna vel fratribus meis Reynero et Laurentio illarum bursarum capaces esse ab eo tempore, quo poterunt studere latinae linguae, modo tamen sint ad minimum duodecim annorum. Et, si post promotionem in artibus voluerint studere sacrae theologiae, poterunt, sicut et alii bursarii, gaudere suis bursis, donec expleverint tempus in studio theologico requisitum ad licentiae gradum. Si autem alteri studio se dedere velint, liberum ipsis erit post promotionem in artibus collegium nostrum relinquere, in quo omnes oportet esse theologos. Post consanguineos, publicata tamen Lewis sancti Petri bursae vacatione, tres ex alumnis seminarii episcopalis Antverpiensis habebunt praeferentiam; quos nominabunt superintendentes eidem episcopali seminario provisoribus nostri collegii. Plures autem quam tres simul hoc nomine non recipientur; et obligati manebunt episcopatui, non secus ac si in seminario Antverpiensi mansissent. Post istos volo conferri bursas meas per concursum magis idoneis, operam daturis sacrae theologiae; extra consanguineos enim descendentes ut supra nullus admittetur, qui non sit in artibus promotus et idoneus, ut theologiae studeat, eique studio actu ac reipsa sese applicet. Si tamen, ut praedictum est, non aliter provisum fuerit, collegium meum gravabitur vitalibus reditibus, prout sequitur: Joannae Pypenbuys ad vitam dabit quinquaginta florenos, Annae Walravens centum florenos reditus vitalis, et Margaritae Herbrants 48 florenos, similiter durante ejus vita. Provisores collegii mei nomino perpetuos : praesidem seminarii regii Lovanii, et seniorem regentem in facultate theologica ibidem, et fratrem meum Laurentium Malderum ad vitam suam, ejusque loco postea, quem dictus praeses et senior regens ex consanguineis meis assument. Suae tamen vitae tempore dominus Petrus Coens, secretarius meus, erit primus et extraordinarius provisor. Provisorum erit admittere bursarios et dimittere.

. . . . . .

Caeterum, si quae bona immobilia vel reditus me emere posthac contigerit, de illis libere disponendi, uti et mutandi singula praedicta, potestatem mihi reservo. Si non aliter disposuero, illa recens conquesta etiam cedent haeredi meo antedicto Laurentio Maldero, fratri meo, qui tenebitur cum omni praeferentia sartam tectam ac integram conservare dotem illam perpetuam trium millium florenorum, quam collegio meo constitui. Cui statuta et leges cum consilio jurisperitorum intendo particularius praescribere; quae servari etiam per hoc meum testamentum ordino.

Actum in palatio episcopali Antverpiae, die 23 julii anno Domini 1633.

Provisores collegii erant ad finem saeculi elapsi praeses disputationum sabbatinalium in theologia, decanus capituli sancti Jacobi Lovanii et proximior consanguineus illustrissimi domini fundatoris, nempe R. D. Versmissen, pastor in Haelen.

Supra portam collegii legebatur sequens inscriptio : D. O. M. | Collegium | perillustris ac rev^mi D^ni | D. Jo. Malderi | epi Antverp. S. T. D. | et quondam professoris | primarii regii | Lovanii | 1663.

Anno 1588, die 26 julii, Joannes Hauchinus, archiepiscopus Mechliniensis, consecravit altare in capella sive oratorio domus seu palatii domini Caroli van den Temple, equitis ac praetoris urbis Lovaniensis; quae domus postea conversa est in collegium studiosorum per illustrissimum D. Joannem Malderum, episcopum Antverpiensem; in quo novum sacellum aedificatum est anno 1730, sub praeside eruditissimo domino Gisberto Josepho Hagen, et vetus sacellum cum altari dirutum fuit. In altari idem praeses pyxidem plumbeam invenit debite clausam, in eaque literas in pergameno scriptas, testantes altare fuisse consecratum in honorem Septem Dolorum gloriosae Virginis Mariae et sanctorum Caroli et Annae.

On peut consulter au sujet de l'évêque Malderus : P. Visschers, *Gedenkschrift over den hoogwaerdigen en geleerden heer Joannes Malderus, vyfden bisschop van Antwerpen, met eenen geslacht-boom van de familie Van Malder-Walravens, en met geschiedkundige aenteekeningen.* Antwerpen, P. E. Janssens, 1858; vol. in-8° de 97 pages, avec une planche lithographiée représentant la maison où est né l'évêque Malderus. Il existe des tirés à part ne renfermant que l'arbre généalogique avec le titre : P. Vischers, *Geslacht-boom der familie Van Malder-Walravens.* 1857; vol. in-8° de 63 pages.

II. Praesides collegii Malderiani.

I. Laevinus Debbaut, Teneraemundanus, anno 1621 in artibus e paedagogio Falconis 14us, sacrae theologiae licentiatus ac ejusdem antea professor in monasterio sancti Bernardi ad Scaldim, cui tum fiduciario jure praeerant Antverpienses episcopi. Constitutus ab ipso collegii fundatore praeses, id ab hujus obitu regere coepit. Factus deinde anno 1630 sacrae theologiae ordinarius in Academia professor, atque adeo ad divum Petrum altaris sancti Spiritus canonicus, obiit 7 septembris 1669 apud Augustinianas virgines, quae Albae Dominae vocantur; ante aram sanctae Crucis sepultus nonis septembris. Hic anno 1651 dexteram partem aedium hujus collegii construxit.

II. Petrus Laureyssens sive Laurentii filius, Antverpianus, anno 1649 in artibus e Lilio quartus, filius Joannis, quondam *dykgrave van den polder van Borgerweert*, sacrae theologiae baccalaureus formatus, pastor in Berthem haud procul a Lovanio, electus in philosophiae professorem paedagogii Liliensis mense septembri 1652 et 19^a^ ejusdem mensis possessionem capiens; deinde ad licentiam in sacra theologia promotus. A philosophica sua professione ad hujus collegii regimen advocatus, subinde Cameracensis ecclesiae metropolitanae canonicus. Qui aetatis annum agens quartum supra quadragesimum inopina morte perambulans moenia civitatis, raptus est quarto eidus junias anni 1675; post biduum sepultus apud Albas Dominas, quarum erat rector.

« Inventarium mobilium Petri Laureyssens, praesidis defuncti, factum fuit 14 julii 1674 (*lege* 1675) coram Le Noire ; inventarium vero documentorum Petri Laureyssens, praesidis, habetur coram eodem Le Noire ad 20 julii 1675. Forte natus in Zwyndrecht; vide coram Le Noire ad 4^am^ februarii 1659. » Ita Bax.

III. 1675. Petrus Govarts, Turnholtanus, juris utriusque doctor ac professor, anno 1661 in artibus e Castro secundus ; ab anno 1667 subregens, et ab anno 1668 philosophiae professor in paedagogio Castri ; anno 1672 uno eodemque die licentiae gradum in sacra theologia et in utroque jure adeptus. In praesidentia hujus collegii surrogatur anno 1675 Petro Laurentii ; 22 octobris ejusdem anni juris utriusque doctor renuntiatus ; postea etiam professor ; deinde ad consilium supremum vocatus, ecclesiasticum senatorem egit Mechliniae ; postea quoque Sylvaeducensis vicarius apostolicus. Obiit Mechliniae 17 septembris 1725, aetatis 82 annorum ; sepultus Ghelae in xenodochio, prout voluerat, cum epitaphio, quod videsis apud Kuyl, *Gheel vermaerd*, p. 354.

IV. 1686. Joannes Franciscus Ricquaert, Bruxellae natus 8 decembris 1655, e paedagogio Porcensi 5us in artium scholis anno 1674, alumnus gymnasii pontificii, vacantiarum prior, sacrae theologiae licentiatus, ac paulo post ejusdem interpres in coenobio canonicorum regularium Frigidi Montis in urbe patria annis (4 1/2) sesqui-quatuor. Inde huc accersitus anno 1686, collegio praefuit mensibus circiter xvii, factus interea nonis augusti 1686 metropolitanae ecclesiae Mechliniensis canonicus graduatus. Migravit hinc anno 1687 mense junio. Vicariatus Mechliniensis concilio a morte Guilielmi de Bergis admotus anno 1689, rursum a morte Humberti Guilielmi à Praecipiano anno 1711. Factus erat ejusdem ecclesiae cantor anno 1710, nec absque causa, quum vocis suavitate polleret ; examinator, ut vocant, synodalis ab anno 1710 illic etiam fuit. Obiit vir doctus piusque septimo eidus novembris 1729, annos prope 74 natus.

Benefactor munificus ecclesiae hujus, sacristiae, chora-

lium, et scholae pauperum puellarum, ex hac vita migravit 7 novembris 1729. Sepultus est in aede metropolitana sancti Rumoldi infra turrim cum epitaphio : D. O. M. | SISTE GRADUM VIATOR ET LEGE | HIC JACET IN PULVERE | REQUIESCENS A LABORIBUS SUIS | JOANNES RICQUAERT BRUXELLENSIS | OLIM IN ATHENAEO LOVANIENSI S. T. L. | ET COLLEGII MALDERIANI PRAESES | HUJUS AEDIS DEIN CANONICUS GHADUATUS CANTOR | ET ECCLESIASTES ARCHIEPISCOPALIS | EXAMINATOR SYNODALIS, QUEM INGENIUM ACRE | TENAX AD PRODIGIUM MEMORIA | VOX STENTOREA EXIMIA CANTUS PERITIA | SINGULARIS ORIS FACUNDIA ERUDITIO RARA | ARDENS IN SEDEM APOSTOLICAM STUDIUM | VITAE DENIQUE INCULPATAE SPLENDOR | TOTI BELGIO CONSPICUUM REDDIDERUNT. | PAUPERIBUS QUOS VELUTI CHRISTUM IPSUM | COMPLECTEBATUR UTRUMQUE FREGIT PANEM | EOSQUE UNA CUM HUJUS BASILICAE SACRISTIA | OMNIUM FACULTATUM SUARUM SCRIPSIT HAEREDES.

Edidit habitam a se orationem pro funere Caroli II, Hispaniarum regis, in aede primaria Mechliniensi, quum domino suo parentaret urbs et provincia Mechliniensis anno 1701, pridie nonas februarii. Sedis apostolicae decreta adversus exortos in Gallia et Belgio errores virili pro parte strenue tuitus, adversarios sibi conscivit et satyricis libellis patuit.

V. 1687. GUILIELMUS MARCELLUS CLAES, Ghelensis e Campinia, natus 8 octobris 1658, anno 1677 in artibus e Castro primus; primum rhetorices in gymnasio sanctissimae Trinitatis, dein philosophiae in paedagogio Castri professor; inde anno 1687, surrogatus domino Ricquaert, collegii hujus Malderiani praeses constituitur; anno 1699 sacrae theologiae doctor renuntiatus; collegii hujus restaurator; florente et vegeta 46 circiter annorum aetate lethargo oppressus ex hac vita migravit 30 julii 1740. Vide sacrae theologiae doctores.

VI. 1704. AUGUSTINUS HENDRICKX, natus in Rethy, Campiniae Brabanticae pago, anno 1667 et 19 septembris baptizatus, filius Adriani et Annae Alen, literas humaniores in patria didicit, dialecticam vero in scholis Ghelensibus, ubi anno 1686 primus renuntiatus fuit. Hinc inter alumnos seu bursarios collegii majoris theologorum adscriptus, anno 1688

in artibus e paedagogio Castri primus renuntiatus fuit; tum anno 1691 e majori collegio theologorum, theologus vix biennalis, evocatur, et philosophiae professor in Liliensi paedagogio constituitur, munusque hoc, quod singulari solertia implebat, non obfuit, quominus doctrinae sacrae arcana altissime penetraret, ac vacantiarum prioris officio in scholis theologicis fungeretur, et gradu licentiae in sacra theologia 25 augusti 1698 insigniretur. Eratque tunc canonicus sancti Joannis Leodii, professor in Lilio ac collegii sancti Willibrordi praeses; quin et dein a sacra facultate ad disputandum pro laurea magistrali admitteretur. Die 9 februarii 1699 canonicus primae fundationis in collegiata divi Petri Lovanii.

Vir summi ingenii, acerrimi judicii, strenuus, prudens, in rebus agendis, si quis alius, versatissimus, et in negotiis difficilibus extricandis aut expediendis dexterrimus, 27 septembris 1697 assumptus fuit ad praesidentiam collegii sancti Willibrordi. Hinc anno 1704, defuncto eximio domino Claes, a provisoribus collegio huic Malderiano postulatus praeficitur. Disciplinae observantissimus, proventus etiam collegii auxit, hortum ampliavit, aedificia decoravit, et moriens nova fundatione collegium dotavit.

Insuper in facultate artium plurimum etiam laboravit ejusdem decanus pluries. Anno 1713 Lovaniensis pastorum concilii decanus seu archipresbyter electus, arduam provinciam ingenti adversus incurrentia vitia studio sustinuit, una moderator Augustiniani instituti virginum, quae Albae Dominae nuncupantur; quod munus quatuor ante obitum annis infirmitatis causa dimisit. Capitulo divi Petri, facultati artium (cujus perpetuus, uti loquuntur, deputatus ad negotia fuit), ac toti Universitati utilem se imprimis praebuit. Supremum Academiae rectoratum anno 1710 a mense februario per semestre gessit. Primaria munia ipsi promittebantur, si magisterii gradum suscepisset; sed ad honores minus promptus uam ad labores erat. His ante aetatem fractus, coepit afflictari asthmate, ejusque dolores per plures annos patienter oleravit, ac tandem, morbo nimium ingravescente, ex hac vita migravit 31 augusti 1720, aetatis circiter 53 annorum;

die sequenti conditus in basilica sancti Petri. Vir vere magnus omniumque academicorum encomiis celebratus.

VII. 1720. Gisbertus Josephus Hagen, Venlonensis Gelder, natus 25 aprilis 1689 ex progenitoribus militari gloria conspicuis, Novesii (vulgo Neuss), dioecesis Coloniensis, literas humaniores didicit, dialecticam vero in gymnasio sanctissimae Trinitatis, Lovanium evocatus ab avunculo suo; in qua anno 1708 primus fuit. Anno 1710 in artibus e paedagogio Falconis quintus; hinc collegii Bajani alumnus sacrae theologiae adscriptus, sacrae theologiae baccalaureus formatus et presbyter, anno 1716 ad paedagogium suum revocatus philosophiae professor constituitur, licentiaeque lauream 27 aprilis 1717 in sacra theologia obtinuit; dein ab illustrissimo Antverpiensium episcopo Petro Josepho seminarii sui professor constituitur. E quo, defuncto domino Hendrickx, Lovanium revocatus, 25 novembris 1720 fit collegii hujus Malderiani praeses, huicque tum rei oeconomicae facultatibusque collegii invigilando, tum verbo et exemplo theologos ad pietatem studiumque alliciendo, ac privatis lectionibus omnes et singulos, ubi opus erat, instruendo summopere profuit.

Anno 1726 linguae sanctae in collegio Buslidiano trilingui professor constitutus fuit, pleneque convictus de summa ejus in intelligendis veteris Testamenti sententiis necessitate et utilitate, nihil non egit, ut theologos ad illius studium alliceret, sicque in hac Universitate linguarum sacrarum notitia perseveraret. Linguam enim hebraicam, non secus ac latinam, graecam et gallicam, pari promptitudine veluti maternam linguam eloquebatur.

Ex consensu facultatis theologicae substituitur 20 novembris 1727 eximio domino Renardi in catecheseos professione. Hic cum anno 1731 e vita migrasset, constitutus fuit Hagenius catecheseos professor regius et primae fundationis in divi Petri canonicus; ac dein anno 1736, quamvis infirma saepe ac debili uteretur valetudine, ut bono publico consuleret, quotidianae primariae sacrae theologiae lectionis onus

suscepit (« quaeritur, addit Bax, an revera fuerit professor theologiae scholasticae »); quod, ingravescente infirmitate, duobus circiter post annis abdicare coactus est. In scheda mortuaria legitur : « Biennio sacrae Scripturae arcana reseravit difficultatesque explanavit, eo majori soliditate et claritate, quo linguarum ad ejusmodi explicationem conducentium erat peritior »; sed non dicitur, quando id fecerit.

Ad supremum in theologia magisterium invitatus saepius et admissus, propter debiliorem valetudinem laurea hac decorari recusavit.

Quamvis summa fuerit et prorsus singularis viri hujus scientia et linguae facundia, major adhuc fuit ejus humilitas. Dum enim augustissima imperatrix Maria Theresia anno 1742 eum ad infulas Ruraemundenses nominaverat, omnem per se et per amicos lapidem movit, ut eam dignitatem a se averteret.

Vir omnibus omnia factus, summis et imis gratus, summum decus et ornamentum Universitatis, merito igitur longiori vita dignissimus, sexagenarius decessit Lovanii 2 junii 1750; sepultus ad sanctum Michaëlem in coemeterio, prout voluit.

Hujus frater Arnoldus Hagen, ab anno 1726 pastor in Gestel prope Berlaer in districtu Lyrano, obiit ibidem 13 novembris 1758. Illorum soror Maria Cornelia Hagen obiit seu sepulta est in Gestel 22 augusti 1753.

N. B. Inscriptio poëmatis collegii Malderiani de die 25 novembris 1720 habet : « G. J. Hagen, etc., sacrae theologiae licentiato, insignis ecclesiae Rothnacensis canonico, etc.; » ast in scheda mortuali non fit mentio de hac praebenda Rothnacensi.

VIII. 1750. Michaël Franciscus Zoude, Namuranus, natus 21 julii 1718, tyrocinio apud patres Societatis Jesu exacto, anno 1738 in artibus e paedagogio Porci sextus; in majori collegio vix per 5 annos theologus, presbyter, licentiae lauream in sacra theologia 9 junii 1744 obtinuit. Dein primum ab anno circiter 1744 paedagogii sui Porcensis regens; inde

anno 1730, defuncto domino Hagen, collegii hujus Malderiani praeses constituitur. Electus anno 1760, nonis aprilis, episcopalis seminarii in patria praeses ; ac biduo post ibidem canonicus graduatus ecclesiae cathedralis aggregatus, illuc concessit. Praesidentia ob infirmam valetudinem sub vitae finem se abdicavit. Examinatoris synodalis munere item auctus fuit ab episcopo Namurcensi. Obiit Namurci 20 junii 1778. Omnia, etiam e patrimonio, magnam partem aut dedit aut in pias causas reliquit.

IX. 1760. Petrus Philippus Franciscus Van Haesendonck, ex Leeuwis sancti Petri, fundatoris consanguineus; anno 1742 in artibus e paedagogio Falconis 30us; sacrae theologiae licentiae lauream obtinuit 30 junii 1747 ; factus deinde pastor in Rolleghem apud Cortracum. Electus hujus collegii praeses 19 junii 1760, inde 24 novembris 1768 cathedralis Tornacensis canonicus, etc., ad residentiam discessit anno 1771, canonicus theologalis et episcopi dein vicarius generalis

Obiit Bruxellis 15 martii 1803 ; sepultus ibidem in coemeterio divae Catharinae, quod est extra moenia civitatis, idque prope crucem.

X. 1771. Petrus Wuyts, ex Tongerloo in Campinia Brabantica, anno 1739 in artibus e paedagogio Porci, alumnus domus Standonicae, primus; postea philosophiae professor in paedagogio Porcensi ab anno 1759. Hinc collegii hujus Malderiani post discessum domini Van Haesendonck anno 1771 constituitur praeses. Anno 1775 fit sacrae theologiae doctor. Defuncto 15 octobris 1780 domino Bisschop, dominus Wuyts collegii Bajani a provisoribus (nemo tunc actu de familia Bajana erat qualificatus) praeses nominatur et in possessionem mittitur 17 octobris 1780. Praesidentiam Bajanam dominus Bricoult, sacrae theologiae baccalaureus formatus, praetendit, seseque ad gradum licentiae in sacra theologia praeparat, et illum obtinet anno 1782 ; et ita dominus Wuyts praesidentiam Malderianam non dimisit, nisi dum mense julio anni 1782 factus est collegii Standonici praeses ; ibidemque obiit 16 martii 1786, morte praematura, apoplexia tactus. Vide sacrae theologiae doctores.

XI. 1782. Georgius Jacobus Josephus Mayence, Leodius, anno 1768 in artibus e Lilio primus; ex alumno collegii majoris theologorum factus 18 junii 1774 professor rhetorices in gymnasio sanctissimae Trinitatis; anno 1776 sacrae theologiae licentiatus, 20 februarii 1781 sacrae theologiae doctor renuntiatur. Eodem anno constitutus fuit praesidentiae collegii hujus administrator, eximio domino Wuyts praesidentiam collegii Bajani tum administrante; cumque hic 25 julii 1782 praesidentiam collegii Standonici adiisset, dominus Mayence 20 julii 1782 constitutus fuit collegii hujus Malderiani praeses. Tandemque, postquam variam fortunam expertus esset, obiit Namurci 28 augusti 1807, pastor ad sanctum Joannem Baptistam ibidem, aetatis 56 annorum. Vide sacrae theologiae doctores.

Anno 1786 gubernio Austriaco totam Universitatem subvertente, ibidemque erigente seminarium generale et Luxemburgi seminarium filiale, ut vocabant, D. Mayence hujus constitutus fuit praeses; collegiumque Winkelianum, cujus aedificia seminario generali incorporabantur, translatum fuit ex decreto gubernii Austriaci cum suo praeside domino Vounck ad hoc Malderianum collegium, in eoque egit ad annum usque 1790, dum, restituta Universitate, collegii hujus praeses a provisoribus electus est eruditissimus dominus Antonius Van Gils.

XII. 1790. Antonius Van Gils, Tilburgensis, anno 1779 in artibus e paedagogio Porci primus renuntiatus, ac dein collegii Adriani VI, pontificis, sacrae theologiae alumnus, et ejusdem collegii lector, tum et a 5 julii 1785 sacrae theologiae licentiae laurea condecoratus. Dein anno 1794 disputationes pro doctoratus honore cum laude absolvit, sed numquam solemniter promotus fuit. Obiit praeses majoris seminarii vicariatus Buscoducensis in Herlaar 10 junii 1834. Videsis : 1° Schutjes, *Geschiedenis van het bisdom van 's Hertogenbosch*, II, p. 189; 2° H. J. Allard, *Antonius Van Gils en de kerkelijke gebeurtenissen van zijn tijd*, 's Hertogenbosch 1875; 3° Goethals, *Lectures relatives à l'histoire des sciences*, etc., II, p. 295.

III. Fundationes bursarum in collegio Malderiano.

1. Fundatio illustrissimi *domini fundatoris* collegii.

2. Fundatio *Melchioris de Cuypere* seu *Cuperi*, Lyrani, sacrae theologiae licentiati, collegii regii praesidis, defuncti 4 maji 1653, condidit testamentum coram Le Noire, n° 109, apertum coram eodem die 4 maji 1653. Reliquit fundationem bursae pro philosophiae et dein sacrae theologiae studioso; ad quam post consanguineos et deinde descendentes a Guilielmo Elincx, curiae Befferensis secretario et Melchioris praesidis sororio, vocantur nati in Berlaer. Quae erecta est 10 octobris 1656 coram Le Noire per Dimphnam De Cuypere, ejus sororem, et incorporata collegio Malderiano.

3. Fit mentio fundationis *Henrici Walravens*, sacrae theologiae licentiati et seminarii Antverpiensis praesidis, ad 19 aprilis 1673 (coram Froidmont).

4. *Augustinus Hendrickx*, ex Rethy, collegii praeses, reliquit etiam fundationem.

5. *Franciscus Vlemincx*, praeses collegii regii, fundavit bursam illimitate in collegio Malderiano una cum sorore sua Catharina, beggina Bruxellensi, per testamentum conditum 16 julii 1672 coram Massart.

État actuel des revenus des fondations boursières du collège de Malderus (1).

A. *Fondations administrées par la commission provinciale du Brabant.*

Fondateurs.	Revenus. Frs	Ces
1. Debbaut (Liévin)	292	39
2. Malderus (Jean), fondateur du collège, . . .	2525	07
3. Vleminckx (François)	90	10
4. Walraevens (Henri)	182	69

(1) Dans ce tableau nous indiquons les revenus actuels des anciennes fondations d'après le compte de l'année scolaire 1879-1880.

B. *Fondations administrées par le bureau du séminaire de Malines.*

1.	Cuypere (Melchior De)	108 30
2.	Hendrickx (Augustin)	91 87

IV. Note complémentaire pour l'histoire du collège de Malderus.

Après la suppression de l'Université, en 1797, le collège de Malderus fut vendu par la direction du prytanée français de Saint-Cyr, et converti en habitations privées.

27. Collège de François Hovius, appelé aussi patrimoine du Christ.

Ce collège fut fondé pour l'étude de la théologie, par François Hovius, de Londerzeel, curé de Sainte-Walburge au bourg d'Anvers, en faveur de ses parents, d'Anversois nés dans la paroisse de Sainte-Walburge, ou, si ces deux catégories d'étudiants ne se présentaient pas, en faveur d'autres étudiants quelconques. Comme le fondateur avait voulu qu'on inscrivît, les mots : Patrimonium Christi, au-dessus de la porte d'entrée de l'établissement, celui-ci fut désigné indifféremment sous les noms de *collège de François Hovius* ou de *Patrimonium Christi*. Situé primitivement dans la rue appelée *mont des Corbeaux*, *Keybergh*, non loin de l'ancien couvent des Bogards, à proximité de l'église actuelle de Saint-Joseph, il fut transféré, en 1674, dans la rue *de Tirlemont*, vis-à-vis de la rue *des Chats*, aujourd'hui rue *de Bériot*, où il demeura jusqu'à la suppression de l'Université à la fin du siècle dernier.

I. Collegium domini Francisci Hovii seu Patrimonium Christi.

Franciscus Hovius (Van den Hove), ex Londerzeel, sacrae theologiae licentiatus ejusdemque scientiae in abbatia Gertrudana Lovanii professor; inde ad sanctam Walburgem Antverpiae pastor, totos 27 annos ei functioni sedulam operam, seque adeo totum impendit. Obiit 13 decembris 1633, condito eodem die testamento Antverpiae coram notario Francisco Kergon seniore; in quo legitur : « Vult testator sepeliri in ecclesia *de Borchtkerke* Antverpiae in sacristia sanctissimi Sacramenti cum hac inscriptione sarcophagi :

HIC QUIESCIT QUI NUMQUAM QUIEVIT, SUAVI JUGO PASTORALIUM PRAEFECTUS AD ULTIMA FATA, DULCISSIMO VITAE SOMNO QUIESCIT. PRECATUR UT TRANSEUNTES GRATIAM DICANT ANIMAE.» Atque ita positum fuit. Sequens inscriptio legitur in monumento ejusdem fundatoris: R. D. FRANCISCUS HOVIUS, S. T. L. QUIES | CIT HIC. QUI OVIBUS HISCE INVIGILANS, NUNQUAM QUIEVIT. LABORAVIT ANNIS XXVII; DEFUNCTUS ANNO DOMINI MDCXXXIII, IDIBUS DECEMBRIS. | ANIMAE EJUS UT SIT QUIES DEUM | ROGA. Ejus effigies picta asservabatur in collegio.

Volùit Hovius testamento ipso die mortis suae scripto collegium condi in aedibus, quas Lovanii acquisierat, sitis in suburbano Diestensi, via, quae vulgo *Keyenbergh* vocatur, qua iter est ad Carmelitas veteris observantiae; jussitque novum hoc collegium inscribi PATRIMONIUM CHRISTI, atque intrinsecus ad ingressum sculpi haec verba : DE STERCORE ERIGENS PAUPEREM; idemque collegium nominavit instituitque haeredem pleno jure institutionis, praerogativam ad illud dando consanguineis suis, hinc Antverpiensibus oriundis ex parochia sanctae Walburgis; qui si deficiant aut non concurrant, admittere quemvis pro arbitrio suo poterit dicti collegii praeses. « Sed haec, addit Paquot, hodie vix locum habent. nam gravi egestate premitur collegium, solaque praesidum industria vivit, quamquam in eo quinque bursas olim addidisset Maria Freirart, beggina Lovaniensis, cujus etiam aere magnam partem extructa est aedicula Virginis Matris *a* curandis *febribus* gallice, belgice vero a platea vicina *de Vleminckx-kapel* nuncupata. Praeses secundus P. Marcelis, ut laboranti domui succurreret, bursas duodecim a viro nobili Ludovico De Borggrave vel Borggraeff (obiit ille anno 1658; in divi Michaëlis sepultus 3 junii, Lovaniensi, relictas, nec ulli certo collegio addictas, huc derivare conatus est; sed res successu caruit. Aiunt neque profuisse collegio, quod venditae sint anno 1674, adsentiente Academiae rectore itemque provisoribus et Hovii consanguinibus, aedes priores, ut aliae, decentiores quidem, iis substituerentur, quae hodie collegium istud constituunt Falconi vicinum in via Thenensi, et horto amplo nec ineleganti decoratum. Praesidem primum

fundator ipse designavit, ab ejus autem obitu rem permisit collegii provisoribus, quos designavit decanum facultatis theologicae et plebanum ecclesiae divi Petri.

Debent omnes esse promoti in artibus et dare operam theologiae, exceptis consanguineis, quibus hac in re permisit liberam electionem. « Nunc, ait Paquot, collegium incolere solent juris alumni circiter undecim, nulla gaudentes alimentaria fundatione. »

Provisores seu visitatores hujus collegii, post mortem eximii domini Joannis Wiggers, sacrae theologiae doctoris, nominavit decanum facultatis theologicae et plebanum ecclesiae divi Petri.

Collegium hoc Francisci Hovii primitus situm erat in platea dicta *den Keybergh* (rue ou mont *des Corbeaux*), haud procul a seminario seu collegio Bogardorum seu Beggardorum; atque inde anno 1672, seu potius 1674, translatum est ad locum, ubi nunc existit, in platea Thenensi prope paedagogium Falconis; quem locum acquisiverunt ab haeredibus Absolons, et quondam fuit in familia de Ryckel.

In ordine ad translationem hanc faciendam Petrus De Keersmaker, pastor in Linkebeek, ex matre pronepos Francisci Hovii, fundatoris, ac nuper bursarius ejusdem fundationis seu collegii, cedit fructus alicujus beneficii 23 aprilis 1674 coram Le Noire.

Deinde 9 aprilis 1699 coram Mariot iterum fuit conventione permutatum cum antiquo collegio *op den Keybergh*; quae tamen permutatio non videtur ad effectum deducta, tametsi literae authenticae desuper fuerint confectae.

II. Praesides collegii Francisci Hovii seu Patrimonii Christi.

I. Primus collegii hujus praeses fuit Cornelius Wiggers, Diesthemiensis, eximii domini Joannis Wiggers, sacrae theologiae doctoris et primi hujus collegii provisoris seu visitatoris, e fratre nepos et haeres, sacrae theologiae baccalaureus formatus (Paquot, *Mémoires*, éd. in-fol., I, p. 135, et

Foppens, *Bibliotheca belgica*, p. 746, habent sacrae theologiae licentiatum; in *Fastis* vero manuscriptis Paquot eum dicit sacrae theologiae baccalaureum); primum pastor in Cruyshautem prope Aldenardam; inde anno 1632 pastor ad sanctum Michaëlem Lovanii per annos XIV et collegii hujus praeses. Obiit 27 decembris 1647; testamentum ejus est de die 27 decembris 1649 coram R. Wauters (1). Epitaphium hoc ejus olim legebatur in quodam cubiculo seu granario, quod erat supra veterem sancti Michaëlis ecclesiam : HIC QUIESCIT R. D. CORNELIUS WIGGERS, S. T. B. F. | HUJUS ECCLESIAE PER ANNOS XIV SEDULUS PASTOR | AC IN EA INSTITUTOR ARCHICONFRATERNITATIS | SANCTISSIMAE TRINITATIS, FUNDATOR UNIUS MISSAE SOLEN | NIS CUM ELEEMOSYNIS IN SINGULOS MENSES PRO PAU | PERIBUS PAROCHIAE ET DEFUNCTIS FRATRIBUS DICTAE | CONFRATERNITATIS, QUORUM MINIMA EST MEMORIA. TU LECTOR EJUS MEMORARE. OBIIT 27 DEC. 1649.

Curante Cornelio Wiggers, quaedam opuscula eximii domini Joannis Wiggers, hoc vivente inedita, lucem viderunt.

II. PETRUS MARCELIS, Tungrensis, anno 1643 in artibus e Castro tertius, post obitum Cornelii Wiggers collegii hujus praeses constitutus fuit; dein 26 novembris 1650 fit pastor ad sanctum Michaëlem. Licentiae lauream in sacra theologia adipiscitur 24 septembris 1652. Postea, verosimiliter 1670 (nota, addit Bax, quod sit quidam error seu contradictio apud PAQUOT, *Mémoires*, éd. in-fol., II, p. 156) habitum Praemonstratensem in abbatia Tongerloënsi assumpsit, et ineunte anno 1671 dimisit; pastoratum vero sancti Michaëlis circa annum 1681 nepoti suo ex sorore, Hermanno Damen, dein sacrae theologiae doctori, resignavit. Anno demum 1688, aetatis tunc 64 annorum, sacrae theologiae doctor creatus est; vide sacrae theologiae doctores. Praesidentiae hujus collegii immoritur 7ª (vel, ut habet Paquot, 9ª) augusti 1707 (2), aetatis anno 83°, praesidentiae 58°.

(1) « Condiderat antea, 4 martii 1632, testamentarias tabulas una cum fratre germano Arnoldo, pastore ad sanctum Quintinum. » Ita PAQUOT.

(2) In *Fastis* manuscriptis Paquot eum dicit mortuum non 9ª, sed 7ª augusti 1707.

III. Natalis Delbove, ex Chatelineau, natus 23 januarii 1663, anno 1684 in artibus e Porco 16ᵘˢ; 7 julii 1692 sacrae theologiae licentiatus; tunc etiam vicepastor ad sanctum Michaëlem, et anno 1693 ibidem pastor; anno 1707 collegii hujus praeses; 31 augusti 1709 pro facultate artium intrans ad eligendum rectorem et decanus; obiit 26 maji 1719, annos natus 56.

« Presbyter creatus anno aetatis suae 25°, non longo post tempore in eadem ipsa ecclesia sancti Michaëlis, quam usque ad obitum suum non deseruit, coepit agere vicepastorem; utque erat ingenio perspicaci atque faecundo, sacrae theologiae licentiam in florentissima Academia Lovaniensi obtinuit anno 1692, atque anno sequente pastor est pro suis meritis constitutus; quod onus sane difficile per integros 26 annos prospera fere valetudine tulit; solers, laboriosus, comis, officiosus, omnibus ex aequo carus atque dilectus. Pauperum imprimis liberalissimus pater atque consolator; quod maxime in publicis perspectum est calamitatibus belli atque morborum; cum aliquando eo usque rem suam familiarem effudit, ut ipse necessariis ad vitam rebus careret. Idem contagia juventutis omnemque spurcitiam ac scabiem fortissime a praesepibus arcebat, non raro etiam cum periculo injuriarum, quas contemnere pro Deo ac grege suo didicerat. Parvulis quoque erudiendis unice delectabatur. Ita cultam, castam, florentemque reliquit parochiam, quam usque ad extremum spiritum summopere dilexerat; cujus rei hoc postremum fuit indicium. Profectus erat Huium, ubi sperabat se vertiginibus capitis, quibus aliquot annis saepius impetebatur, liberatum iri. Contigit, ut ex modicis initiis ulcus ei in tibia enasceretur. Hic, ubi pentecosten instare consideravit, ne in tanta festivitate gregi suo pastor deesset, prohibentibus medicis, reditum festinavit, ipsoque in reditu mortem consecutus, et judicem, uti speramus, propitium. » *Scheda mortuaria.*

IV. Gerardus Alexander Delhougne, Limburgensis, factus est anno 1719 collegii hujus praeses. Anno 1700 in artibus e

paedagogio Porci 34ᵘˢ, deinde Bajani collegii alumnus; in quo, peracto theologiae curriculo, sacrae theologiae licentia insignitus est anno 1709 quinto kalendas decembris, jam tum presbyter; et a mense novembri anni superioris Aegidianam praebendam nactus in basilica primaria Leodiensi, de qua illi paullo post mota est controversia. Fuit etiam ad divum Petrum Lovanii canonicus a die 17 januarii 1712, ubi latinum oratorem egit et fidelium confessiones excepit; cumque Universitatis ac facultatis artium jura defensare amaret, in utriusque concilium adscitus est. Theologiae professorem aliquando egit in nobili sanctae Gertrudis asceterio, denique hujus collegii praeses decimo quinto ante obitum mense constitutus fuit. Repentina epiphora sublatus xiij kalendas octobris 1720, in aede primaria conditus fuit. Extat illius *Epistola ad illᵐᵘᵐ ac rᵐᵘᵐ D. de Grimaldi in Belgio cum facultatibus nuncii internuncium apostolicum, etc. super falsis informationibus ei factis occasione litis ob canonicatum S. Aegidii in cathedrali Leodiensi per facultatem artium collatum* etc., data Lovanii 18 juill 1710; in 4°, 7 pag, apud Ægidium. Denique, ut videtur. Dominus Clercx, scholarcha ad sanctum Lambertum Leodii, allegatis cardinali Sacripanti contra auctorem rationibus, quas hic falsas asserit, impetrarat literas comminatorias suspensionis indulti a Paulo V Lovaniensibus privilegii; Lambertini vero canonici eundem coram officiali Leodiensi, *judice*, ut ait Delhougne, *notorie incompetenti*, convenerant; haec ratio querelae hac epistola expressae. Obiit 19 septembris 1720. En scheda funebri a celeberrimo J. G. Kerckherdere scripta : « Summa omnium academicorum et cleri populique Lovaniensis moestitia atque consternatione, 19 septembris 1720, hora decima vespertina, improviso catarrho praefocatus concidit, annum agens 40ᵘᵐ, reverendus admodum atque eruditissimus dominus D. Gerardus Alexander Delhougne, Limburgensis, sacrae theologiae licentiatus, insignis ecclesiae collegiatae sancti Petri canonicus, praeses collegii Hovii, in perillustri abbatia sanctae Gertrudis Lovanii sacrae theologiae lector praeclarissimus, de consilio Universitatis et facultatis artium. Supervixit

dimidia fere hora; quo tempore extrema unctione munitus, impos loquendi, obdormivit in Domino. In philosophia promotus fuerat honesto loco in lineis; theologiae longe felicius operam dedit in collegio Baji. Utque erat ingenio admodum acuto, sub eximio domino illius collegii praeside licentiae gradum summa cum laude adeptus est anno 1709, 27 novembris, mansitque illi dignissimo viro, quem fatali illo vespere adhuc inviserat, unice carus. Canonicatum sancti Petri obtinuit ab aula mero intuitu virtutis doctrinaeque, quae jam a multo tempore per orbem longe lateque cognitae fuerunt. Deflet capitulum veris lacrymis obitum viri, quo nemo dexterius, nemo lubentius ejus negotia domi forisque procurabat. Idem jura academica defensare plus quam alius academicus fervebat. Idem pacis erat unice studiosus, omnibus blandus vultu colloquioque; sed ubi se dabat occasio, etiam consiliis, opera, re familiari, praesertim pauperes, adjuvabat. In choro diligentissimus, insuper sacras confessiones in sancti Petri excipiebat, sanandorum animorum summa cura atque industria. Doctrinam ejus atque facundiam usque ad mortem testantur tum doctissimae lectiones, quas dabat in dicta perillustri abbatia, tum orationes quam plurimae, et praesertim nupera de laudibus sancti Augustini, quam omnes, qui audiverunt, ut admirandam depraedicarunt. Facilitate morum suorum plerosque sibi proceres Belgii, ac praecipue ecclesiasticos, demeruit vel protectores vel amicos. Quatuordecim abhinc menses praeses electus collegii Hoviani, tantillo temporis spatio paternis suis curis ferme restituit rem. Abivit meritis quam aetate duplo, ut videtur, maturior... »

V. Joannes Van Ey, Antverpiensis, anno 1711 in artibus e Falcone 35us, sacrae theologiae baccalaureus formatus a 19 junii 1719 pastor ad sanctum Michaëlem Lovanii et collegii hujus praeses, memoratur ut intrans facultatis artium ad eligendum rectorem mense februario 1727. Factus anno 1732 partis septentrionalis parochiae cathedralis beatae Mariae Virginis Antverpiae plebanus, quo discessit kalendis februarii 1733. Obiit Antverpiae 5 augusti 1762, fundato anniver-

sario in ecclesia cathedrali. In pastoratu sancti Michaëlis Lovaniensis ei successit anno 1733 Dominicus Collage, Bruxellensis.

VI. Claudius Josephus Du Quesnoy, Athensis, post Van Ey collegii hujus praeses constituitur, et 5 augusti 1732 renuntiatur sacrae theologiae doctor. Obiit collegii hujus praeses 29 septembris 1736; sepultus ad sanctum Michaëlem, sine epitaphio. Vide sacrae theologiae doctores.

VII. Joannes Van Rymenant, Lovaniensis. Anno 1705 in artibus e Castro 26us; ab anno 1713 sacrae theologiae licentiatus, lector in abbatia Vlierbacensi; e subregente Falconis factus anno 1736 collegii hujus Hovii praeses; brevi post (id est septimo idus julii 1742) transiit ad praesidentiam collegii Houterlaei. Anno 1740 concordi collegarum omnium voto electus est ad divum Petrum Lovanii decanus. Obiit 10 septembris 1743; sepultus in coemeterio ad sanctum Petrum, uti voluerat.

VIII. Henricus Barré, Lovaniensis, antea collegii Atrebatensis procurator. Migravit et ipse ad collegium Houterlaeum septimo kalendas novembris 1743. Vide inter praesides collegii Houterlaei.

IX. Carolus Michaël Franciscus van Spoelbergh de Grinaldi, Lovaniensis, filius Philippi Ferdinandi Benedicti, toparchae de Lovenjoul, quondam oppidi Lovaniensis consulis (1), et domicellae Joannae Isabellae Le Comte dictae d'Orville, secundae suae conjugis. Anno 1730 in artibus e Castro 93us; 30 aprilis 1732 inter patritios Lovanienses stirpis Van Rode admissus, juris utriusque baccalaureorum collegii fiscus et decanus, presbyter, juris utriusque licentiatus 25 januarii 1735; dein professor juris. Factus est anno 1743

(1) « Filius, puto, Francisci Philippi Spoelberch, juris utriusque licentiati, ante primarii consulis Lovanienses, atque per annos 43 Franciscanorum, quos Recollectos vocant, syndici, apud quos (puto) sepultus est, defunctus 18 julii 1751. » Ita Paquot.

hujus collegii praeses. Inde 1 augusti 1746 inter canonicos graduatos nobiles in metropolitano capitulo sancti Rumoldi Mechliniae adlectus; dein 14 augusti 1754 poenitentiarius metropolitanus. Demum 17 decembris 1764 praepositurae dignitate in eadem ecclesia augetur, eidemque immoritur Lovanii 20 maji 1769; sepultus in choro metropolitano sancti Rumoldi, ubi nullum epitaphium vel memoria est posita.

X. Josephus 't Kint, Bruxellensis, natus 27 aprilis 1706, et in parochia sancti Nicolai baptisatus, filius Franscisci, baptisati in sancti Gaugerici Bruxellis 21 januarii 1671, et Annae Catharinae De Backer; primum Montibus sancti Gerardi presbyter et capellanus. Anno 1746, 15 junii, inter patricios Bruxellenses stirpis Sweertii admittitur, eodemque hoc anno, post discessum domini Spoelbergh, collegii hujus praeses constitutur. Hinc sexto kalendas aprilis 1748 fit pastor in Emblehem prope Lyram; quem pastoratum anno 1762 deseruit; tandem Trudonopolim se recepit, ubi obiit 4 julii 1782.

XI. Franciscus Mosselman, Bruxellensis, Josephi 't Kint ex sorore nepos, anno 1742 in artibus e Lilio quartus, inde in collegio Divaei sacrae theologiae alumnus et uti fundatoris consanguineus bursarius, presbyter, protonotarius apostolicus; factus anno 1748, discedente 't Kint, suo avunculo, collegii hujus Hovii praeses; 16 octobris 1753 licentiae gradum in sacra theologia et jure utroque eadem die obtinuit. Anno 1756 juris civilis professor et secundae fundationis in divi Petri canonicus. Anno 1759, discedente domino Zegers, factus 9 julii collegii Divaei praeses; inde anno 1760 in aede metropolitana divi Rumoldi Mechliniae canonicus ac dein examinator synodalis. Obiit ibidem 5 octobris 1779.

XII. Franciscus Ghislenus Van den Hecke, Bruxellensis; natus 12 julii 1730 patre Carolo, matre Maria Catharina Le Brun (Staes, in *Wekelyks nieuws uyt Loven* scribit *De Bruyn)* conjugibus, anno 1749 in artibus e Castro titulo defensionis promotus, gradum licentiae in sacra theologia 22 martii 1760 obtinuit; collegiique hujus praesidentiam post dimissionem

domini Mosselman adiit. Factus est dein 4 martii 1761 parochialis ecclesiae sancti Michaëlis Lovanii pastor (vulgo deservitor, addit Paquot); hinc via nominationis Universitatis cathedralis Gandavensis canonicus, et simul praebendae canonicalis primus possessor; cujus possessionem adeptus est 24 januarii 1774.

Cumque ad annum 1773, quo extincta est Societas Jesu, cujus patres in seminario docebant ad eum usque annum, desideraretur seu erecta non esset in capitulo praebenda theologalis, hanc 19 novembris 1773 erexit illustrissimus dominus G. G. Van Eersel, Gandavensium episcopus, praevio consensu Suae Majestatis obtento Bruxellis 3 novembris ejusdem anni 1773 ea conditione, ut prima praebenda canonicalis collationis ecclesiasticae esset theologalis; et ut hic canonicus theologalis quater in qualibet hebdomada in theologia doceret.

Defuncto 8 januarii 1774 eximio domino Guyaux, sacrae theologiae doctore Romano, collegii pontificii Adriani VI Lovaniensis praeside, necnon cathedralis Gandavensis canonico, praebenda haec ab episcopo Gandavensi collata fuit domino Van Hecke ab Universitate nominato. Hanc vero praebendam ad annum usque 1780 tenuit, dum via permutationis cum Joanne Jacobo Van Royen, promoto ad praebendam graduatam nobilem, aliam liberam in eadem cathedrali obtinuit. Cujus possessionem adiit 4 februarii 1780. Obiit mense novembri 1792.

Vanden Hecke *portait au* 1^{r} *et au* 4e *de gueules à trois tours d'argent; au* 2e *et au* 3e *cinq pointes d'or équipollées de quatre de sable.*

XIII. Joannes Josephus Bettens, Bruxellensis, anno 1749 in artibus e Falcone 34us post lineas promotus, sacrae theologiae baccalaureus formatus, et 29 julii 1754 utriusque juris licentiatus, in divi Petri Lovanii viceplebanus, constituitur collegii Houterlaei, discedente eruditissimo domino Natali Paquot, anno 1772 praeses; inde anno 1774, post dimissionem domini Van den Hecke, die 27 augusti, collegii hujus

Hovii praeses ; et eodem anno 1774 via nominationis in locum praenominati domini Van den Hecke, factus ad sanctum Michaëlem pastor, possessionem pastoratus adiit 11 septembris.

Mense januario 1782 a gubernio Austriaco canonicatum domini Jacobi Roels defuncti in cathedrali sancti Donatiani Brugis adeptus, praesidentiam mense augusto ejusdem anni dimisit. In pastoratu sancti Michaëlis anno 1784 successorem nactus est, postquam ad interim officio pastorali functus esset dominus P. Van der Zype, Josephum Franciscum Engelbertum Werbrouck, Antverpiensem, sacrae theologiae doctorem, primum collegii veteranorum praesidem ; cujus collegii praesidentiae pastoratus sancti Michaëlis ex tunc unitus fuit.

Obiit Joannes Baptista Bettens anno 1782.

XIV. Josephus Curé, Lovaniensis, anno 1754 in artibus e Falcone 93us, presbyter et ad divum Petrum Lovanii capellanus, constituitur hujus collegii Hoviani praeses 23 augusti 1782. Obiit 4 septembris 1793. Vir in pauperes vere munificus in vita, moriens residuum haereditatis suae reliquit in erectionem et fundationem scholae indigentium puellarum.

Post mortem domini Josephi Curé, constitutus fuit administrator collegii P. J. Bricoult, ex Bassilly, sacrae theologiae licentiatus, et praeses collegii Bajani. Commoratus fuerat in hoc collegio Hoviano a tempore, quo collegium suum Bajanum incorporatum fuisset nimis famoso seminario generali. Vide ejus vitae seriem inter praesides collegii Bajani.

III. Fondation boursière du collège de François Hovius.

On ne connaît qu'une seule fondation de ce collège, c'est celle du fondateur lui-même.

Etat actuel de la fondation boursière du collège de François Hovius (1).

Fondation administrée par le bureau du séminaire de Malines.

	Revenus. Frs	Cts
1. Hovius (François), fondateur du collège, . . .	163	81

IV. Note complémentaire pour l'histoire du collège de François Hovius.

Après la suppression de l'Université, en 1797, le collège de François Hovius fut vendu par la direction du prytanée français de Saint-Cyr, et converti en habitations privées.

(1) Nous indiquons le revenu actuel d'après le compte de l'année 1879-1880.

28. Collège de Saint-Michel.

Ce collège, situé dans la rue *de Paris*, entre la rue *des Récollets* et la place *Saint-Antoine*, fut fondé, par Paul Hubens et Laurent Zoenius ou Zoenen de Brée, en faveur : 1° de leurs parents; 2° des natifs de Brée ou des environs. Le président et les proviseurs du collège devaient réunir les mêmes conditions d'origine que les boursiers. Ceux-ci pouvaient, à leur gré, étudier la théologie, le droit ou la médecine, et même jouir des bourses depuis la rhétorique. Zoenius, qui organisa la fondation, stipula en outre que les boursiers qui étudiaient la philosophie devaient suivre les cours de la faculté des arts soit au Faucon, dont il avait été régent, soit à la pédagogie du Porc, si le président du collège le jugeait opportun.

I. Collegium sancti Michaëlis, archangeli.

Auctorem habet Paulum Hubens, Breënsem, qui, ad sanctum Dionysium Leodii canonicus et scholasticus, Lovanii supremum diem obiit 22 augusti 1618; et translatus Bream in loco natali sepultus est. Hic bonorum suorum haeredem scripsit nepotem suum Laurentium Zoenium, vulgo Zoenen, etiam Breënsem, sacrae theologiae licentiatum, ex paedagogii Falconis regente collegii Divaei praesidem, necnon insignis collegiatae divi Petri Lovanii canonicum seniorem et vicedecanum, eum in finem ut collegium fundaret; qui idcirco, moriens 20 aprilis 1651, aetatis 78 annorum, fundationem primam Pauli Hubenii bonis suis adauxit et dictum collegium ordinavit per testamentarias tabulas, signatas 15 januarii 1650 (hujus executor fuit dominus Meyers) « pro quatuor bursariis studentibus in una e tribus facultatibus, ad

arbitrium bursariorum eligenda, ad licentiam usque; idque inchoando a rhetorica, etc. Philosophiam audire debent in paedagogio Falconis, » cujus regens aliquando fuerat fundator Zoenius, « vel in paedagogio Porci, pro arbitrio praesidis. » Voluit idem fundator, ut bursarii suscipiant gradus academicos suo tempore, item ordinem subdiaconatus, diaconatus, etc. Voluit insuper fundator, ut et praesides, et provisores, et bursarii sint de consanguinitate sua ; qui si deficiant, assumantur patriottae. Primum vero praesidem nominavit fundator Laurentium Sannen, suum cognatum. Hic moriens haereditatem suam reliquit eidem collegio, aluitque deinceps tot alumnos, quot facultates collegii ferebant.

Erectum fuit id in platea dicta *de Parysstraet*, e regione aedificii majoris gymnasii sanctissimae Trinitatis ejusdemque culinae. Portae collegii haec fuit superposita inscriptio : Collegium sancti Michaëlis, quia hic archangelus etiam pagi Breënsis in Campinia Leodiensi patronus est.

II. Praesides collegii sancti Michaëlis.

I. 1658. Primus, ab ipso fundatore nominatus ejusque consanguineus seu nepos, Laurentius Sannen, Breënsis, natus circa annum 1632, anno 1651 in artibus e Porco 18us, institutus fuit 6 septembris 1658. Sacrae theologiae licentiatus, ad divum Jacobum Lovanii canonicus, obiit 12 julii 1671, aetatis 37 annorum; sepultus in divi Petri. Ultimis tabulis collegium haeredem omnium bonorum suorum scripsit.

II. 1671. Paulus Testelmans, Breënsis, fundatoris abnepos, anno 1661 in artibus e Falcone 37us, theologiae alumnus in hoc sancti Michaëlis collegio adscriptus, sacrae theologiae baccalaureus formatus, circa annum 1669 vi privilegiorum facultatis artium pastor in Peer, Campiniae Leodiensis pago, constituitur. Biennio post, nempe anno 1671, Lovanium reversus, 1^a^ augusti in possessionem praesidentiae hujus collegii missus fuit. Ad concilium Universitatis et facultatis artium admissus, anno 1685 decanus facultatis et paedagogii

Falconis provisor electus fuit. Ad haec in confessionibus excipiendis sedulus et verbi Dei predicatione indefessus, pastores civitatenses adjuvit. Ab 11 junii 1681 ad 15 januarii 1685 plebaniae divi Petri Lovanii deservitor extitit, necnon districtus Lovaniensis ab archiepiscopo Mechliniensi Alphonso de Berghes archipresbyter constitutus, hoc munere functus est usque ad annum circiter 1691. Vir prudens, candidus, modestus ac magna in rebus agendis dexteritate pollens, disciplinae amans, Dei honorem et animarum salutem verbo et exemplo procurans, adeo ut manuum oculorumque usu per morbos privatus, ad templum tamen curaret se duci ad confessiones audiendas. Tandem senio et laboribus consumptus viribusque exhaustus obiit Lovanii 29 octobris 1717, aetatis suae anno 78°. In sacerdotio jubilarius, relinquens in piam fundationem quidquid ipsi in facultatibus supra eleemosynas in vita erogatas superfuit.

Paulus Testelmans, Breënsis, cujus parentes in conjugio jubilares, *ende den oudt-oom Zoenius* in presbyterio, presbytero jubilanti 26 aprilis 1716 :

Oudsten president van 't stat,
Al is 't collegie een kleyn gat!
VIJftICh Jaeren prIester, Mon DIeU, en soo aLLert!
LUYCker keMpenaeren zYn aLtYDt heet Van hert.

« Solebat hujus civitatis Lovaniensis parochos confessiones audiendo et sacras conciones habendo sublevare. Vacans a morte Philippi Alberti du Trieu divi Petri paroecia primaria illi deservitoris titulo per quadriennum commissa fuit, videlicet ab 11 junii 1681 ad 15 januarii 1685; eamdem in perpetuum oblatam recusasse dicitur. Fuerat etiam ab archiepiscopo Alphonso de Berghis archipresbyter seu decanus pastorum concilii Lovanieusis electus, sed ob doctrinam, cui ferebatur adhaerere, eum amovit successor Humbertus. Jubilaeum annum sacerdotii celebravit 26 aprilis 1716. » Ita Paquot.

III. 1717. Petrus Ambrosius Mariotte, Breënsis, ex pastore de Heusden Campiniae Leodiensis factus collegii hujus praeses, uti consanguineus fundatoris, 1 novembris 1717. Obiit in collegio 1 septembris 1750. Illius opera structa est praecipua pars aedium hujus collegii.

IV. 1750. Joannes Theodorus Stals, Breënsis, anno 1731 in artibus e Lilio 66us. Obiit 30 martii 1755; sepultus in divi Petri.

V. 1755. Joannes Henricus Berben, ex Hechtel prope Bream, anno 1747 in artibus e Falcone 60us, presbyter, sacrae theologiae baccalaureus formatus, factus praeses 11 aprilis 1755. Dein nominatione Lovaniensi pastor in Lichtaert juxta Herendalium; et ad pastoratum discedens 10 novembris 1769 praesidentiam dimisit. Obiit in Lichtaert 17 novembris 1788.

VI. 1769. Adrianus Snoeckx, Mollensis, frater Vincentii Sebastiani Snoeckx, paedagogii Castrensis regentis, anno 1758 in artibus e Castro 64us, presbyter et sacrae theologiae baccalaureus formatus, factus 11a novembris 1769 praeses, praefuit ad 20 junii 1771, dum discedens ad pastoratum de Schrieck praesidentiam dimisit. Obiit 8 maji 1791, aetatis 53 annorum; sepultus ibidem in coemeterio juxta latus meridionale ecclesiae cum hoc epitaphio : D. O. M. | Hier leydt begraeven | den eerw. heer | Adrianus Snoeckx | gewesene pastoor | deser parochie | ten tyde | van 20 jaeren | sterft den 8 mey 1791 | oud 53 jaeren | bidt voor de ziele | R. I. P.

VII. 1771. Paulus Andreas Stregnart, Hamertensis e patria Leodiensi, fundatoris consanguineus, natus 30 novembris 1733, literas humaniores Breae didicit; anno 1756 in artibus e Castro 83us; exinde primum collegii minoris sancti Spiritus sacrae theologiae alumnus, presbyter 31 maji 1760, sacrae theologiae baccalaureus formatus, factus est anno 1762 alumnus collegii hujus sancti Michaëlis, ad divum Petrum Lovanii capellanus, et tandem, discedente domino Snoeckx, 20 junii 1771 eligitur hujus collegii praeses; in quo obiit 6 januarii 1782; sepultus ad divum Petrum in coemeterio. Condiderat testamentum pridie mortis.

VIII. Joannes Tits, ex Exel Campiniae Leodiensis, filius Joannis et Catharinae Berben, Joannis Henrici Berben, quondam hujus collegii praesidis, e sorore nepos, presbyter et fundatoris consanguineus, constitutus est hujus collegii praeses 10 januarii 1782; dein capituli divi Jacobi Lovanii cantor, et 21 octobris 1793 via nominationis Universitatis collegiatae Antoniensis canonicus. Anno 1797 studio generali Lovaniensi extincto, Lovanium deseruit, ac tandem anno 1810, mense aprili, factus est vicepastor in Westmalle quinto fere ab Antverpia milliari versus Turnholtum.

III. Fondations boursières du collège de Saint-Michel.

État actuel des revenus des fondations boursières du collège de Saint-Michel (1).

Fondations administrées par la commission provinciale du Brabant.

Fondateurs.	Revenus. Frs Ces
1. Hubens (Paul) Testelmans (Jean) Testelmans (Paul)	160 88
2. Zoenen (Laurent), fondateur du collège, . . .	552 02

IV. Note complémentaire pour l'histoire du collège de Saint-Michel.

Après la suppression de l'Université, en 1797, le collège de Saint-Michel fut vendu par la direction du prytanée français de Saint-Cyr, et converti en habitations privées.

(1) Dans ce tableau nous indiquons les revenus actuels des anciennes fondations d'après le compte de l'année scolaire 1879-1880.

29. Collège de Malines.

Le collège de Malines était situé dans la rue *de Diest* vis-à-vis de la rue *des Vaches*, à l'endroit où fut percée plus tard la rue *Neuve*. A la demande de Claude Verrydt, natif de Malines et curé de Sainte-Walburge à Audenarde, le magistrat de Malines ouvrit à Louvain, en 1615, une maison destinée aux étudiants originaires de la ville de Malines, et assigna comme dot à cet établissement toutes les fondations boursières faites précédemment en faveur de Malinois. Le 14 septembre 1623, Claude Verrydt fonda, en outre, au collège de Malines dix bourses de 60 florins chacune, et, par un nouvel acte passé à Audenarde le 19 octobre suivant, éleva le taux de chaque bourse de 60 à 90 florins.

On ne peut pas confondre le collège de Malines organisé en 1615 et doté en 1623 avec un autre collège fondé en l'année 1500 par Arnold Trot pour sept étudiants en philosophie et que l'on désigna aussi sous le nom de *collège de Malines, collegium Mechliniense*. Ce dernier, situé au *Vieux-Marché*, fut complètement ruiné et rasé en 1578, et les faibles revenus qu'on parvint à sauver furent convertis en une bourse d'études, réunie, en 1615, au nouveau collège, comme toutes les fondations faites pour des Malinois. Nous reviendrons sur le collège d'Arnold Trot, lorsque nous publierons les documents relatifs aux collèges supprimés avant la fin du siècle dernier.

I. Collegium provinciae Mechliniensis.

Hujus primus fundator est, prout ad annum 1797 substitit, Claudius Verrydt, natus Mechliniae 13 februarii 1558, patre Petro Verrydt, matre Margareta van Heyst, baptizatus in ecclesia parochiali sancti Joannis Baptistae. Cum in humanioribus studiis ageret, erat eximio viro domino Augustino Hunnaeo, Mechliniensi, sacrae theologiae doctori et professori, ab obsequiis; dein per duodecim annos collegii majoris theologorum alumnus, sacrae theologiae licentiatus; postea canonicus et thesaurarius ex decano capituli sancti Hermetis Rothnaci, pastor ad sanctam Walburgem Aldenardae secundae portionis, et ejusdem concilii seu districtus decanus.

Primum, 8 maji 1609, coram scabinis Lovaniensibus donatione inter vivos fundavit bursam unam sexaginta florenorum in majori theologorum collegio. Anno 1623, 14 septembris, coram scabinis Lovaniensibus in prima *(sic)* similiter donatione inter vivos fundavit bursas decem in collegio Mechliniensi in Universitate hac Lovaniensi, quamlibet sexaginta florenorum annue; quam fundationem deinde, die 19 octobris ejusdem anni 1623, coram scabinis Aldenardensibus renovavit et auxit ad 300 florenos annuos; atque ita quaelibet bursa erat nonaginta florenorum juxta conditiones latius in dictis literis scabinalibus expressas. His praesens aderat reverendus dominus Adrianus Baecx, juris utriusque doctor, canonicus et cantor ad divum Petrum Lovanii, et collegii trilinguis Lovanii praeses, ad hoc specialiter deputatus *(geauthoriseert)* ex parte oppidi Mechliniensis literis scabinalibus sub sigillo ad causas, subscriptis 11ª aprilis 1615 per Paeffenrode. Qui Adrianus Baecx dictam fundationem et dotationem grato animo acceptavit, uti collegii hujus Mechliniensis praeses constitutus ab anno 1615, quod tunc nomine extabat ex fundatione Arnoldi Trot, tametsi collegialem domum non haberet.

Itaque praenominatus dominus Claudius Verrydt ex hac sua decem bursarum fundatione primus collegii hujus novi provinciae Mechliniensis fundator dicendus est; substititque

collegium Mechliniense in collegio Buslidiano seu trilingui usque ad annum 1638, dum post litem 8 aprilis et 7 maji ab eodem separatum fuit; ac tandem eidem collegio deputata fuit anno 1676 domus sita in platea Diestensi e regione plateae *de Koeystraet*, quae eum in finem cura magistratus oppidi Mechliniensis empta fuit pretio 14,400 florenorum. Incorporatum fuit hoc collegium Universitati die 31 julii 1677; fuitque collegium seu potius fundatio Arnoldi Trot deinceps separatim administrata per suos provisores et receptorem ab eis constitutum.

Supramemorato anno 1623, die 19 octobris, coram iisdem scabinis Aldenardensibus idem dominus Claudius Verrydt donatione inter vivos, praeter eam, quam fecit 8 maji 1609 coram scabinis Lovaniensibus, fundavit tres alias bursas in collegio majori theologorum, quamlibet octoginta florenorum, assignatis redditibus et conditionibus, uti latius in dictis literis scabinalibus habetur.

Demum testamento hic idem Claudius Verrydt, manu propria scripto et subsignato die 7 septembris 1622, residuum bonorum suorum, solutis debitis, oneribus domus mortuariae, legatis consanguineis suis seu haeredibus apparentibus (his enim plurimum benefecit donatione inter vivos) ultra reditum vitalitium 300 florenorum solvendum ex fundatione ejus secunda in majori collegio sorori suae germanae Barbarae Verrydt, reliquit collegio majori theologorum in erectionem tertiae fundationis, per quam satisfactum fuit obligationi, quam habebat dictus dominus Claudius Verrydt, erigendi ex redditibus ab eo acceptis a quodam Wilhelmo Sigeberti fundationem quamdam.

Obiit Claudius Verrydt, seu in lecto suo Aldenardae inventus est mortuus 14 novembris 1623. Sepultus cum sequenti epitaphio : D. O. M. | ET | CLAUDIO VERRYDT | QUI PATRIA MECHLINIENSIS STUDIO THEOLOGUS | GRADU LICENTIATUS OFFICIO PASTOR | QUO FUNCTUS IN HAC ECCLESIA ANNIS XXXVIII | DECANUS ALIIS PASTORIBUS PRAEFUIT | MUNIIS QUIBUS UT VACARET DILIGENTIUS | ABDICAVIT SE DECANATU CAPITULI ROTHNACENSIS | CONTENTUS DIGNITATE THESAURARII MINUS NEGOTIOSA | HISCE BENEFICIIS USUS EST UT BENEFACERET ALIIS | LOVANII IN GYMNASIO MECH-

LINIENSI | SEU TRILINGUI | BURSAS STUDIOSAE POSTERITATI DECEM FUNDAVIT | QUATUOR ALIAS IN MAJORI COLLEGII THEOLOGORUM | QUOD CAETERORUM BONORUM HAEREDEM INSTITUIT | AESTIMANS ID APPRIME BONUM BONA LARGIRI DEO | ET DEI CULTUI DICANDAE JUVENTUTI | VIATOR ADPRECARE | DOCTOS INTER AETERNUM FULGEAT | QUI AD JUSTITIAM ERUDIENDIS | SIC PROFUIT | VIXITQUE PIE ATQUE OBIIT A° MD. C. XXIII, XIIII^a NOVEMBRIS, AETATIS LXIX. — Lemma ejus : *Novacula acuta dolus.*

Effigies domini Claudii Verrydt olim asservabatur in collegio Mechliniensi cum hac inscriptione : « *D. Claudius Verrydt, Mechliniensis, S. T. L., canonicus thesaurarius capituli Rothnacensis, pastor Aldenardensis, priscae pietatis et doctrinae theologus, munifice collegium dotabat. Erectum anno* 1614, *translatum anno* 1676; *restauratum anno* 1707. *S.P.Q.M.*

« Claudius Verrydt senatui populoque Mechliniensi auctor fuit, ut Lovanii anno 1614 (*lege* 1615) fuerit scholaribus, potissimum Mechlinia oriundis, erecta domus, *collegii Mechliniensis* titulo; cui fundationes omnes pro studiosis Mechliniensibus factae (quibus ille alias decem adjungeret) pro dote assignarentur. Placuit magistratui viri consilium. Emptae itaque in eum finem quaedam domus Buslidiano seu trilingui collegio contiguae; hujus posterioris collegii praeses (ipse quoque ortu Mechliniensis) Adrianus Baecx van Baerlandt, canonicus et cantor in divi Petri, Buslidiani et una novi collegii Mechliniensis fuit moderator. Vide PAQUOT, *Mémoires*, in-12, XV p. 132-135.

» Collegium Claudii Verrydt opera ac munificentia anno 1614 erectum, ut ceterae ejus generis institutiones, incorporatum fuit Universitati; quae statuta alumnis praescripsit, in quibus Verrydtaeum vocat magnum et primum hujus collegii benefactorem.

» Talibus auspiciis florebat collegium; cui fundator bursas decem, quamlibet florenorum 90 annue, 10 octobris 1623 assignavit. Illarum una natis Aldenardae, altera Rothnaco oriundis (ubi decanus capituli fuerat), ceterae Mechliniensibus ex fundatione erant conferendae. Insuper eidem collegio

calicem ac ornamenta sacerdotalia, suamque in primis bibliothecam legavit, in qua Hunnaei erant quaedam scripta et *Acta* concilii secundi provincialis Mechliniensis anno 1574 manu scripta.

» Praeses collegii Buslidiani Adrianus Baecx anno 1624 Oirschotum in majoratu Buscoducensi migravit, decanus et canonicus factus ecclesiae collegiatae divi Petri ibidem. Obiit eodem circiter tempore Claudius Verrydt. Qui rerum eventus novo Mechliniensi collegio funesti fuerunt. Successerat quiin collegii Buslidiani praefectura Frcdericus Havens; verum noluerunt patroni antiquae illius institutionis, cujus prisca celebritas, imo nomen ipsum, ob vicinum novumque collegium obscurari videbatur, ut Fredericus curam Mechliniensis domus susciperet. Lite inde enata inter Mechlinienses et Universitatem, 5 maji 1638 conventum fuit, ut alium in locum Mechlinienses collegium transferrent; quod hi demum anno 1676 executi fuerunt, emptis aedibus in Diesthemiensi platea; in quas bursas, mobilia collegii ac bibliothecam transportarunt.

» Dictas aedes, quamvis in collegium rite erectas ac Universitati incorporatas, Mechlinienses 4 decembris 1690 venum exposuerunt. Sed hunc conatum, tamquam Universitatis decori ac juri adversantem, repressit concilii Brabantiae, ad cujus judicium Universitas causam detulerat, dic 17 decembris 1704 lata sententia; qua Mechliniensibus injunctum fuit, ut eo in statu, quo fuerat erectum studiorum commodo, collegium relinquerent, donec aliter ordinaretur. Haec collegii fata exprimit inscriptio, quae iconi Claudii Verrydt, quondam ibidem asservato, subjicitur verbis, quae refert Paquot, *Mémoires*, in-12, xv, p. 134. » Ita Van de Velde, in *Synopsi monumentorum*, II, p. 523-525, in nota.

II. Praesides collegii Mechliniensis.

I. 1676. Petrus Van Ertborn, juris utriusque licentiatus et ad divum Petrum Lovanii canonicus, primus post translatio nem e collegio trilingui anno 1676 factus est praeses.

II. 1681. Aegidius Muel, Leeuwensis, philosophiae professor in Lilio, factus est praeses collegii Mechliniensis, surrogatus Petro Van Ertborn anno 1681. Anno 1689 sacrae theologiae doctor, et anno 1690 collegii Atrebatensis praeses electus, dum ad hoc migrare cogitat, obiit in hoc collegio Mechliniensi 2 januarii 1691; sepultus in sacello collegii Atrebatensis.

III. 1691. Hieronymus Van den Boom, Bruxellensis, juris utriusque licentiatus, primum per quindecim annos paedagogii Falconis regens, factus est hujus collegii praeses post Aegidium Muel; dein anno 1695 canonicus cathedralis Brugensis. Obiit Bruxellis 18 junii 1729, aetatis anno 86°. Erat ultima februarii 1698 adhuc praeses, dum electus est intrans facultatis artium ad eligendum rectorem.

Cumque hoc collegium vix assurgeret ut cetera collegia, imo quodammodo ruinam minaretur, magistratus oppidi Mechliniensis anno 1690, item anno 1699 illud vendere decreverat, Universitate, cui anno 1676 incorporatum fuerat, recurrente ad concilium Brabantiae, decretum fuit 17 decembris 1704 collegium hoc debere subsistere, elocationem hujus factam anno 1704 esse nullam, praesidemque ibidem esse instituendum.

IV. 1705. Itaque 25 maji 1705 per magistratum oppidi Mechliniensis institutus fuit praeses Joannes Franciscus Ladersous, Mechliniensis, anno 1682 inter artium magistros e Falcone 5us. Dein sacrae theologiae baccalaureus formatus, philosophiae professor in paedagogio Porci, necnon facultatis artium dictator, historico-politicus professor, et bibliothecae academicae praefectus; insuper cathedralis Leodiensis canonicus. Obiit 2 januarii 1720, condito testamento eodem anno 1720 coram Haelgoet, n° 1.

Anno 1605, cum institueretur praeses Ladersous, scripta fuerunt statuta concernentia conservationem hujus collegii, atque inter alia ibi legitur articulo 13° : « Dominus praeses » bursarios et commensales pro suo libitu et periculo reci- » piet et alet, totumque eidem praesidi cedet commodum et

» incommodum, absque eo, quod ullum desuper computum » reddat aut notitiam exhibeat. »

Pro intertentione aedificiorum determinatus quidam nummus assignatus est, percipiendus tam a commensalibus quam a bursariis; atque ita anno 1707 collegium hoc restauratum fuit.

V. 1720. Rumoldus Van Kiel, patre Joanne, matre Clara Van Loven, Mechliniae natus pridie kalendas aprilis 1685, anno 1704 in artibus e paedagogii Lilii 28us, ac deinde alumnus collegii majoris theologorum; postea sacrae theologiae lector per tres annos in Oratorio Aspricollensi, tum per sex annos pastor in Melsbroeck prope Vilvordiam; receus in praesidem assumptus, licentiae laurea decoratur 18 junii 1720. Item quarto nonas junii 1731 fit ad divum Petrum Lovanii canonicus; praeterea anno 17.. Lovaniensis parochorum concilii decanus et virginum Augustiniani instituti, quas Albas Dominas vocant, moderator. Supremum Academiae magistratum gessit anno 1627 a mense augusto, cum ventilaretur causa Espeniana. Collegii regimine ultro cessit anno 1735 valetudinis causa, et Lovanii in privatis aedibus aliquamdiu commoratus, ingravescente morbo, Mechliniam se recepit et fit agri Mechliniensis ad orientem archipresbyter, ubi in fratrum domo vitam clausit anno 1739; conditus in basilica sancti Rumoldi, idibus septembris.

VI. 1735. Franciscus Scheppers, Mechliniae, patre Petro, scabino ac saepius urbis senatore et quaestore ac demum thesaurario, matre Mechtilde van Rietbeeck, spectabilibus civibus, natus octavo idus novembris 1709, literas humaniores Westerloae in Campinia didicit, eo missus ex laudabili omnino parentum de filiorum educatione satagentium methodo, qua fit, ut intensioris teneritudinis affectum minuant, atque ab eduliorum avulsi filii deliciis, ad laborem strenue subeundum efficiantur promptiores. Lovanii anno 1728 in artibus e paedagogio Castri 21us; inter alumnos Diveani collegii adscriptus 26 aprilis 1729, juribus incubuit, et jurisconsulti titulum una cum fratre anno 1730 accepit; inde

operam navavit sacrae theologiae, cujus laurea insignitus est tertio kalendas aprilis 1737; interim a senatu Mechliniensi anno 1735 collegii hujus praeses constitutus. Anno 1741, fit canonicus primae fundationis in divi Petri, simulque per Germaniam inferiorem librorum censor. Biennio post, nempe 17 octobris 1743, decanus ejusdem ecclesiae; anno 1745, ultima februarii, Academiae rector; postremo judex synodalis anno 1756. Super haec sacrarum Deo virginum, ac plebeiorum quoque multorum directioni incubuit, donec lethargico morbo, qui nonnullos ex ejus familia abstulerat, victus ipse quoque ac sublatus est tertio idus augusti 1757. Vir ab animi mansuetudine ac pietate commendatus.

Erat in eo naturalis sinceritas, candoris gratia, pectoris effusio. Procul ab eo superbia, remotissima ambitio, duplicitas nulla, ut quaeque essent oris, essent et cordis. Insontes favore et auctoritate, qua pollebat, protegebat, malevolos corrigebat; officia divina mirabili decore celebrabat, iisque indefesse aderat. In suis regendis alumnis ineffabilis animi dulcedo cum gravitate duce, qua sibi commissos ab omni excessu compesceret, ut vel idcirco selectioris politiorisque e Belgio nobilitatis soboles ad ejusdem regimen confluueret. Ad decanalem evectus dignitatem, se totum capituli utilitati impendens, omnia documenta lustravit et in ordinem redegit. Conciones habere ad populum, plebeiorum excipere confessiones, religiosarum dirigere conscientias, moribundis cum adstantium aedificatione assistere, in librorum exactissima discussione notabile tempus conferre in deliciis habebat.

Sepultus est ad divum Petrum in ambitu chori, retro summum altare cum hoc epitaphio : D. O. M. | Rev. adm. erud. consult. | ac amplissimo domino | Francisco Scheppers mechl. | S. T. et J. U. L. | coll. prov. mechl. praesidi | judici synod. quondam rectori magnifico | per germaniam inferiorem | librorum visitatori apost. ac reg. | hujus ecclesiae can. et decano | de illa si quis alius | optime merito | viro ad sollicitudinem | liberalitatem | ac pacificationem | nato a° 1709 die 8 novembris | haeredes moeste pp. | Obiit 11 aug. 1757.

